

del Dr. Gregorio de Valentia

5498

APOLOGETICVS
DE IDOLOLATRIA

ADVERSVS IMPIVM LIBEL-
LVM IACOBI HEERBRANDI
LVTHERANI, QVO NVPER DISPVATIO-
nem de eodem argumento, INGOLSTADI CON-
tra Sectariorum contumelias propositam, temere
oppugnare, atque adeò Catholicam Ecclesiam
maledictis proscindere ausus est.

A V C T O R E
GREGORIO DE VALENTIA
SOCIETATIS IESV, SS.
THEOLOGIAE

Hiverò velut irrationabilia pecora,
& in perniciem, in his quæ ignora-
ruptione sua peribunt. Pet.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. S. C. 100 N. 4

Del Collegio
fi

INGOLSTA

Excudebat DAVID SARTOR
Anno M. D. LXXI




[Handwritten signatures and scribbles]



2 400 40

GRANADA

del Dr. Antonio de S. ... - 5498



APOLOGETICVS

DE IDOLOLATRIA,

ADVERSVS IMPIVM LIBEL-
LVM IACOBI HEERBRANDI
LVTHERANI, QVO NVPER DISPVTA-
tionem de eodem argumento, INGOLSTADII con-
tra Sectariorum contumelias propositam, temere
oppugnare, atque ad eam Catholicam Ecclesiam
maledictis proscindere ausus est.

AUCTORE

GREGORIO DE VALENTIA

SOCIETATIS IESV, SS.

THEOLOGICAL


Hi verò velut irrationabilia pecora, 1
& in perniciem, in his quæ ignora-
ruptione sua peribunt. 2. Pet 2.

DE LA LIBRERIA

DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.

H. S. C. N. 4

Del collegio



fi 1


INGOLSTA

Excudebat DAVID SARTOR

Anno M. D. LXXIX




[Handwritten signatures and scribbles]



PRÆFATIO AD
PIVM LECTOREM.

2



FX TORSIT mihi im-
portunitas aduersariorū,
non ita pridē, breuē quan-
dam de idololatria dispu-
tationem: Qua Ecclesiam
Catholicam ex eo crimine
vindicare ita studui, ut illorum opinione qui-
dem plus nimio vehemens, mea verò & omnium
rectē sentientium minus iusto fuerim. Quid
enim? An non vincit omnem seueritatem ora-
tionis tam falsa tamq̃ improba istorum in Ec-
clesiam criminatio? Fateor equidem, pro reue-
rentia, quam omnes Ecclesie sanctæ debemus,
ut cunq̃ motum fuisse me calumnia tam atro-
ci: sed ita tamen, ut in ea coërcenda minimè sa-
tis præstiterim, quod Apostolus seriò, nec sine Ad Titum 1.
magna ratione monet, ut genus videlicet hoc
hominum increpetur durè. Etenim irrationa-
bilitium pecorum, sicut B. Petrus vocat, adeò illi 2. Epist. cap. 2.
naturam imitantur, ut rationum ac nudæ
doctrinae stimulos per se nequaquam sentiant:
ideòque aculeis etiam seueritatis purgendi in-

terdum atq; excitandi sint, quò saltè aliqua vexatione, participes intellectus fiant, & si fieri potest, deposita bestiali ferocia & petulantia, relictisq; errorum ambagibus, directum veritatis iter ingrediantur.

Igitur ex istorum irrationabili grege unus Heerbrandus, tanquam ceteris petulantior, in arenam prodiit, qui contra veritatis siue stimulum siue aculeum, quo punctum se esse lamentabiliter queritur, frustra calcitravit: hoc est, doctrina vera obstinationem & ignorantiam, perfidiam fidei, Catholicorum in hac causa innocentia calumnias opposuit. Obstinationem Heerbrandus cum ceteris hæreticis habet communem; qui, ut ab ^a Augustino & ^b Gregorio magno verè notatum est, quoniam hæresum mater est superbia, victores semper videri volunt; etiam si euidentissimè redarguantur. Ignorantia maximè excellit: ut cordatis quidem Heerbrandus videri possit non tam proprio iudicio, quàm ignorantia propria condemnatus. Perfidiam ille suam cum aliis sæpe probauerit, tū verò in præfatione eius disputationis, quam aduersus me edidit, luculenter confirmat: cum

eorum

eorum institutum reprehendit, qui eo animo sunt, ut si Ecclesia Catholica (quam aliòqui in ea disputatione concedit Heerbrandus esse fidei regulam) definiret, nigrum esse quod ipsis apparet album, captiuaturi sint intellectum in obsequium fidei, & itidem pronunciaturo quod sit nigrum. Quæ regula cum in Apostolica Schola sit veluti primum fidei alphabetum, apparet Heerbrandum non modò Professore & Doctorem in Apostolica Academia, ut ille vanè se vocat, non esse, sed ne discipulum quidem: Qui tam turpiter in primis Apostolica fidei rudimentis hallucinetur. Ex calumniis Heerbrandi (quo etiam armorum genere illum pugnare diximus) una, ut ceteras nunc omit- tam, est, quòd non erubuerit scribere, me in tota disputatione mea, ne unū quidem scripturæ verbum ad confirmanda quæ assererè citauisse. Quòd ego mendaciū, cum in medio sit positum, nihil moror. Videt enim Lector, tantum non cæcus, & me, ubi conueniebat, scripturæ diuinæ testimoniis usum fuisse, & Heerbrandum scripturæ quidè aliquando verbis & characteribus, quasi quodam aromate, doctrinam suam, alio-

Conc. 4.

2. ad Cor. 10.

In Præfatione, pagellæ, et aliis.

Vide in priori di putatiõe nota, thesim. 11. 18. 21. 30. 31. 43. 44. 46. 60. 61. 85. 92. 94. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. Cur autem interdum testimonia scripturæ citata non sint, vide in disputatione hæc in initio capitis 5 & 7 Vide etiam sub initium c. 1.

A 3

rum

^a Lib. 13. contra Faustum c. 11.
^b Lib. 8. moral. cap. 2.

Ad Tit. 3.

rum hæreticorum more, ut Lirinensis notat, aspergere, ne factorem exhalet: scriptura verò testimonia, qua in vera intelligentia & sensu verborum consistunt, nunquam omninò proferre, sed sæpe sacrilegè corrumpere, ut evidenter postea demonstrabo. Quanquam & illud ipsum sæpenumerò mecum admirari soleo, homines circa fidem reprobos, sine Deo, Animales, spiritum nullum habentes posse vel semel divinæ scripturæ verbum aliquod, præsertim nomen CHRISTI IESU, usurpare: Neq; dubito, quin magno demonis artificio fiat, ut persuadeant sibi miseri hæc interdum verba se confidenter pronunciare; maximè verò quādo adeò illuduntur, ut cum demonis causam tanquam ipsius misera mancipia agant, pro Deo tamen se propugnare existiment, & cohortatione (quod interdū Heerbrandus miserabiliter sanè facit) utantur ad persuadendum aliis sua prava dogmata. Quo fit, ut, quemadmodū B. Gregorius eleganter animadvertit, simul sint inimici Dei, et ultores: Inimici, re vera; ultores et ppugnatores, falsa imaginatione sua, & illusionē Diaboli. Sed destruet aliquādo Deus inimicū & ultorē.

Nunc,

Iuda 6. 19.

In Præfatione in
Job cap. 12.

Psalm. 8.

Nunc, ne longè digrediar, cum Heerbrandi communes loci, ex quibus ille argumenta contra me depromit, tales sint, quales diximus, ipse quidem neque responsione dignus est, neque verò responsionis capax. Itaque si illius tantum rationem haberem, hominem prorsus missum facerem. Nam & vereor vanitatem ipsius eiusmodi esse, ut etiam, cum reprehenditur, modo publicè nominetur, crescat; & præterea non tam ille existimatione sua invincibilis est, quam mea, & aliorum, quorum est rectum iudicium, indocilis.

Respondebo igitur, non ut Heerbrando respondeā, sed ut veritatem ipsam tuear & confirmem, & aliis, pro mea tenui facultate, prosim, qui ne Heerbrandi & aliorum pseudoprophetarum somniis illudantur, charitate Christiana, & studio defendendæ religionis, diligenter est ac omni ratione providendum.

Porro verba ipsa Heerbrandi & orationis contextum perturbatum, si semper sectarer, molestam Lectori facerem disputationē: quòd multa ille ab hoc loco aliena immisceat; multa, quæ ad illum spectant, ob ignorantia prætereant, quædam

quodā & sapius & in alienis locis repetat; Denique sine ordine, sine methodo verba verbis & theses thesibus indoctissimè consuit, & hinc inde ignorantia atq; errore, tanquam turbulento quodam tempestatis nimbo, iactatur. Ita planè, ut cum in priori disputatione mea definitiones duas tradiderim, Idololatriæ unam, alteram, ut ita dicam, Heerbrandi, (qua inter cetera, ipsa rei veritate compulsus, dixi, illum, hominem esse, qui verbosè, importunè, sine methodo, sine re, sine probatione, sine iudicio etc. disputare soleat) & priorem ille tantum disputatione sua impugnare conatus sit, posteriorem certè ratione disputandi perturbata & inerudita luculentissimè confirmauerit.

Fuit verò Heerbrandina huius perturbationis confusionisq; caput, quòd ne scopum quidem disputationis meæ, homo perspicax, est assequutus: Itaq; velut cæcus oberrauit in sua ne sciens quò tenderet. Nam ego solùm institui docere, quemadmodum in sacrosancta Eucharistia, Sanctorum, sacrarum imaginum & reliquiarum cultu nulla committatur idololatria: quod est, unicum tantum argumentum, vel

Ita monui cum
al as tum aper-
tissimè c. 3. eius
disputationis.

præcipuam veriùs calumniã refutare ex multis quibus aduersarij oppugnãt huiusmodi cultus. Heerbrandus autem, sicut est ad discernendum controuersia statum subtilis, putauit me integram defensionem ac probationem harum rerum, quæ sunt plus satis iam ab aliis assertæ, suscepisse. Unde factum est, ut præcipua capita disputationis meæ, quæ in primis ad institutum pertinebant, vix attigerit; quia bonus homo nõ intellexit, sed, uti dixi, alia multa ineptè coarceuat, quæ in communibus disputationibus de Sanctis, de imaginibus etc. sunt iam protrita.

Quæ hallucinatio cum euidenter declaret Heerbrandi inscitiam, frustra ille conatus est nobis falsum eruditionis specimen præbere, citandis interdum ad marginem supervacaneis Scholasticorum testimoniis, quæ fortè suppedi-
tauit miser ille atque infelix, qui ipso præsidere-
spondit: Item dum veteri more suorum, in his ipsis Scholasticis nõnulla carpit ac irridet, quæ ad rem omninò nihil faciunt, & deniq; sophismata vocitat ea, quæ intelligere præruditate nõ potest. Prætereo leuitatem illam, quam Heerbrandus in præfatione sua disputationis prædidit

B

cum

cum arbitratus ea ratione se magnū mihi vulnus inflicturum, scripsit, orationem meam non esse meam. Quam ego cauillatiunculā non molestè fero; Nam parui refert quid ille de me falso præsertim opinetur.

Ergò ut Lectorem molestia leuem, quam ei perturbatum hominis ingenium afferret: necessariò mihi utendum erit alia disputandi ratione ac methodo; sed ita tamen ut non modò fideliter Heerbrandi sententiam vel suis vel meis verbis ubiq; referam; sed etiam vim illi & formam addam, quam potero, neq; quidquam in illius disputatione præteribo, quod suo quidem loco, quantum commodè fieri poterit, non diluam. Cuius rei iudicem Lectorem æquum constituo. Quem per Christum etiam precor, ut laborem hunc, ad gloriam Dei & Ecclesiæ sanctitatem vindicandam susceptum, æqui bonique consulat, & Domino pro me supplicet.



D E

DE VERA IDOLO-

LATRIÆ DEFINITIONE; EX

QVA FACILIMUM SIT EVINCERE,

CULTVM IN ECCLESIA VSITATVM AB
Idololatria quàm maximè differre.

6

CAPVT I.

PRIOREM disputationem nostram hoc ferè syllogismo contineri Heerbrandus affirmat: Cont. 1. & 2.
Idololatria est, diuinum honorem creaturæ tribuere sicut DEO: Catholici nequaquam hoc faciunt, cum S. Eucharistiam, Sanctos, Sacras imagines & reliquias venerantur: Non igitur sunt idololatræ, sed hæretici potius mendaces, qui huius illos criminis impudenter accusant.

Nos verò dabimus hoc non grauatim Heerbrando, ut methodo ab ipso proposita nefariam eius & collegarum contumeliam refutemus. Quod ut via & ratione fiat, asserenda primùm vera idololatriæ definitio est. Deinde falsa & commentitia redarguenda, quam Heerbrandus assignauit; simulque detegendæ fraudes & diuinæ scripturæ corruptelæ, quibus isti rationem idololatriæ pro libito determinant, ut eò faciliùs iniquam criminationem suam speciosam efficiant. Tertiò loco, explosa atque euersa Heerbrandi definitione, ad nostram redibimus, ex eaque regulam sumemus, quæ ad factum applicata, certò indicet, utrū idololatria committatur nec ne. Quartò explanabimus quale quantumq; peccatum idololatria sit, & quibus illa modis olim à veris idololatræ commissa fuerit: ut collata ratione cultus Ecclesiasticum cum veteri gentium superstitione, euidentius de Catholicorum innocentia, & improbitate aduersariorum hac in causa constet. Quibus expeditis, sigillatim atq; ordine

B 2

de sin-

de singulis cultuum generibus in Ecclesia vſitatis dicendum erit; vt planū fiat, Idololatriam ab illis abeſſe quā longiſſimè.

Quod igitur totius controuerſiæ caput eſt, Idololatriam breuiter definimus eſſe ſuperſtitionem, qua diuinus honor creature, ſicut DEO, adhibetur. Quæ definitio in altera quoque diſputatione à nobis poſita, ad eò eſt & peruulgata & perſpicua, vt, etſi iudicarem Heerbrādum eiusq; ſocios Theologos eſſe ſimplices (quod encomium vix Heerbrandi humilitas ferre poruit) exiſtimauerim tamen, eos illam intellectuſ, neque ceſſuros pueris quī definitionem huiusmodi non ignorant. Nunc verò cum eam inſcientur, perſuadeo mihi planè ipſos eſſe ſimpliſſimos: ſimplicitate non columbina, quam ineptè habere ſe ac ſuos Heerbrādus iactat, ſed illa pecorina, quam Apoſtolorum princeps eiufdem farinæ hominibus iure tribuit.

Sed requirit Heerbrandus ſcripturæ teſtimonia, quibus hanc eſſe Idololatriæ definitionem confirmem. Animaduertat, quæſo, primū, idololatriam definire me (vt titulus diſputationis habebat) veram ac propriam, quam diuinæ^a literæ ſignificant, ſpeciale peccatum ſuperſtitionis eſſe à ceteris diſtinctum. Tum ſi diligenter inſpexerit ſcripturæ^b locos, in quibus mentio huius veræ & propriæ idololatriæ fit, reperiet profectò hanc illius eſſe genuinam rationē, creaturæ diuinum habere honorem, ſicut DEO. Niſi fortè ad eò ineptus erit, vt ex ſcriptura dialecticam faciat, & locum poſtulet, in quo ſic legatur: Definitio Idololatriæ hæc eſt, Creaturæ diuinos honores tribuere, ſicut DEO. Quanquam ne differt quidem ab hac dicendi forma multū quod Sapiens de origine & ratione

veræ

Conc. 5.

2. Petri. 2.

Con. 3. & 4.

Capite 1.

^a Exod. 20. Deuter. 5. Leuit. 26. ſpeciali præcepto vt ſpeciale peccatum prohibetur. Tum apertè ab aliis peccatis diſtinguitur. 1. ad Cor. 6 ad Gal. 5. Apoca. 21. & 22. & A. ſtor. 17. vbi ſignificat peccatum hoc ſuperſtitionis genere contineri.
^b Preſertim Pfal. 105 Sapi. 13. 14. 15. Hieremi. 2. Ad Rom. 1. & vbiunque cultus veri Dei per antitheſin opponitur cultui idolorum vel Deorum alienorū: vt Gen 35. Exod. 23. Leuit. 19. Deut. 7. 3. 1. 3. 2. Iofue. 23. Iudi. 2. 1. Reg. 7. & 3. Reg. 18. 2. Paralip. 7. Pfal. 80. & 96. Iudith. 8. Elai 44. Hieremi. 35. Dani. 3. 1. ad Theſ. 1.

veræ idololatriæ ex inſtituto differens, ſic pronunciat: Hæc fuit vitæ humanæ deceptio, quoniam aut affectui^a aut regibus deſeruietes homines incommutabile no^bmen lapidibus & lignis impoſuerunt; & quod Apoſtolus, ad Rom. 1. veriſſimos idololatrias deſcribens, inquit; Coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius quā Creatori.

Quæ teſtimonia, cum in mea diſputatione^a citaue- rim, neſcio qua fronte dixit Heerbrandus, ^b ne vnū quidem ſcripturæ verbū in illa proferri, quo definitio Idololatriæ à me tradita confirmetur. Nam quòd ſolicitus non fui, vt primam ſtatim pagellam, in qua eam definitionem poſui, ſcripturæ locis replerem, rei, de qua agebam, perſpicuitas effecit, tum etiam qualiſcunq; opinio mea, etſi tenuis, de Heerbrando & Collegis; quos, vt antè dixi, putabā ſaltem definitionem vulgo notam percepturos. Sed quando eam illi opinionem apud me penitus amiſerunt, & ita importuni ſunt, conſilium, quod mihi Heerbrandus dat, accipiam, hoc eſt, putabo (quod antè probè intelligebam) me non coram hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus, vt ille iudit, ſed planè cum ipſis hæreticis diſputare: qui velut parui pueri doctrinam ſolidam capere non poſſunt, niſi fuerit fuco, veluti melle quodam illita.

Porrò definitionem Idololatriæ à me poſitam, ^a D. Ambroſius expreſſit his verbis: Idololatria DEI honorificentiam uſurpat & vendicat creaturæ. Quam ego ſententiam Ambroſij in priori^b diſputatione mea citauī, non equidem quòd definitionem per ſe manifeſtam alicuius teſtimonio indigere putarem, ſed quod mihi ſententiæ breuitas placeret, paucisq; verbis vtramq; Idololatriæ partem complecteretur, materiā videlicet, quæ eſt honor diuinus, & actionem, qua ad creaturam ille impie transfertur.

B 3

Excepit

^a Cc6. 18. & 44. Item Conc. 133. & deinceps plura citatur S. ſcripturæ loca ex quibus eadem definitio colligi poteſt.
^b In Preſatiōe & Conc. 3. & alijs.

Conc. 4.

^a In commentariis ſuper 5. cap. epiſt. ad Ephel. Et eandem definitionem tradit Aug. li. 5. loquutionis de Deute. & li. 1. de trin. c. 6. & Beda. in cōment ſuper 4. c. Lucae, & reliqui Patres quod ad rem quidem cōſentiunt. Vt Tertuli. in apologetico ca. 11. & 12. Cypr. de vanitate idolorum. Lactantius li. 1. de ſa. ſa relig. & etc.
^b Conc. 3.

Excepit Heerbrandus, Ambrosium idololatriam non exactè definiuisse, descripsisse tantùm ab effectu & fine. Quàm bellè accommodauit, quod fortè fortuna de descriptione ab effectu & fine, per somnium audiuisse videtur? Nemo non animaduertit, Ambrosium definitione illa obiectum duntaxat siue materiam in qua idololatria versatur attigisse, nempe honorem diuinum, qui creaturæ attribuitur. Proinde ea definitio nequaquam ab effectu petita est, sed ab obiecto: ideoque bona est atque exacta. Quod cum non solùm Ambrosij & aliorum Patrum auctoritate, sed etiam diuinæ scripturæ testimoniis probatum sit, nihil hoc loco proficit Heerbrandus, cum præterea negat vel Ambrosij, vel vllius Patris testimonio astringi velle se, nisi sua ex diuinis scripturis probauerit. Quasi verò aut perspicacior aut eruditior Heerbrandus esset Ambrosio, & Augustino & aliis Patribus, qui eam esse idololatriæ definitionem, quam diximus, ex diuinis literis didicerunt.

Verùm non attinet iam de istorum hoc in genere arrogantia dicere: illud quod est instituti nostri videamus, ecquid nam est tandem cur eam idololatriæ definitionem Heerbrandus reiiciat.

Angustior, inquit, est definitio: Quod est contra Petri Hispani præcepta & aliorum, qui de dialectica tradiderunt. Non enim eam comprehendere cultus omnes, citra vel contra præceptum diuinum vsurpatos: non opera in quibus fiducia expiandorum peccatorum, aut vitæ æternæ promerendæ ponatur: non denique peruersa dogmata & falsas cogitationes de DEO, quæ omnia vult Heerbrandus esse idololatriam.

Primùm scire ex ipso vellem, cur non etiam commemorauerit auaritiam, quã Apostolus dicit esse idolorum seruitu-

seruitutem? Cur non intemperatorum hominum in gluiem, quibus idem Apostolus pro DEO ventrem esse pronunciat? An quòd in hoc genere sibi malè conscius, timuit, homo abstinentiæ ieiuniique inimicus, ne illico ventrilatra à nobis appellaretur? Sed fortasse vidit, si hæc quoque obiiceret, in definitione nostra comprehensa non esse, statim lectorem animaduersurum argumenti vitium: cum non magis alia quæ numerat idololatria vera sint, quàm intemperantia & auaritia: vt proinde ne illa quidem debuerimus nos idololatriæ definitione complecti.

Demus igitur Heerbrando, ea quæ recensuit omnia idololatriam in scriptura sacra dici: (quod tamen paulò post euincemus esse longè falsissimùm) probare certè nunquam poterit idololatriam dici propriè; vt eo nimirum nomine significatur speciale peccatum, de quo est controuersia. Nam Apostolus cum vitia numerat, quæ manant ex cupiditate, apertè distinguit inter praua dogmata ab Heerbrando commemorata, & idololatriam: Manifesta, inquit, sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, & dissensiones, sectæ, hoc est, hæreses, vt græca vox habet, & omnes interpretantur. Sic etiam Ioannes incredulitatem infidelitatemque cum à ceteris peccatis, tum ab idololatria propriè sumpta separauit. Timidis autem, inquit, & incredulis & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatriis, & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Et quemadmodum alia virtus est fides, alia religio, sic necesse est aliud peccatum sit error fidei contrarius, aliud idololatria, quæ religioni repugnat.

Si con-

Conc. 8.
Conc. 11. &
deinceps.

Ad Ephes. 5. &
ad Colos. 3.

Ad Philip. 3.

Ad Galat. 5.

Apoc. 21. & 22.

Si concederemus etiam illud, quod post confirmabimus esse merum hæretici cerebri delirium, scilicet fiduciam in meritis, & cultum diuinitus non præceptum peccatum esse, & Idololatriam dici posse: nequaquam tamen hæc propriè dicerentur Idololatria, sed ad superbiam potius vel ad determinatam superstitionis speciem pertinerent, quam Theologi superfluum cultum appellant. Quis enim usque adeò insaniat, ut putet eum, qui vitam æternam bonis operibus promereri studet, & citra præceptum vouet aliquid, v. g: eo ipso propriè seruire magis creature, hoc est, operibus, vel voto, quam Creatori, illisq; tribuere, quod est diuinitatis proprium? At qui in hoc Idololatria propriè sita est, ut docent sacræ literæ.

Supra citatæ.

Ut igitur maximè liberalis esse erga Heerbrandum velim, nihil ampliùs concedere illi possum, quàm ut ea quæ asserit in definitione idololatriæ à me tradita non comprehendat, Idololatria metaphoricè dici queant: illa nimirum ratione, qua ob analogiam quandam, & auaritia, & intemperantia, ut Apostolus ait, & vniuersa deniq; vitia idololatria non omnino ineleganter dici possunt. Ut enim idololatræ deos suos, sic peccatores quiq; eas res quas peruersè adamauerunt, pro fine habent ultimo, cui sese tanquam Domino mancipant, neglecto DEO. Vnusquisque, ait Hieronymus, adorans vitia sua atque peccata, DEVM habere cœpit, à quo victus est, dicente Petro Apostolo: A quo enim quis superatur, huius & seruus est. Auarus aurum, gulosus ventrem, libidinosus penem & Beelphegor colit, lasciuia mulier, quæ cum sit in delitiis, mortua est, adorat venereas voluptates.

In commentariis super. 2. c. Prophe- tæ Amos. 1. Pet. 2.

Libet nunc Heerbrandum ad popularem meum (ut ille appellat) Petrū Hispanū reuocare, ex ipsoq; percontari, quomodo intellexerit quod hic auctor præcipit, ne definitio

definitio angustior sit definito, sed comprehendat omnia quæ continentur in illo: Itane ut comprehendere debeat etiam illa, quibus per metaphoram, definiti nomen accommodatur? Facit quidem Heerbrandi acumen ut suspicer, illum ita crassè hanc Dialecticæ regulam intellexisse, sed opinor tamè, fateri ipsum pudebit: ne fortè tum cogatur, in definitione leonis, quam ab ipso exempli gratia petemus, CHRISTVM & Belial coniungere. Nam vterque in scripturis, quod fortè non ignorat, leo metaphoricè dicitur. Ne igitur in id absurdum & alia id genus incurrat, fateatur necesse est, dialecticorum illud definiendi præceptū abunde seruari, si omnia quibus propriè attribuitur definiti nomen, definitione comprehendatur. Hoc cum à me in definitione Idololatriæ præstitum sit, intelligat Heerbrandus, se ineptè facere, cum argumentatur, illam vitiosam esse, quod quædam non comprehendat, quibus ut ostensum est, Idololatriæ nomen (si maximè daremus Heerbrando quicquid vult) non nisi metaphoricè competere potest.

1. Petri 5. Apocal. 5.

Sanè non fugiebat me, nonnulla vitia Idololatriam per tropum dici solere. Nā & in fine disputationis prioris testimonio^a Hieronymi vno, & duobus item^b Augustini productis, hæresim Idololatriæ speciem habere confirmavi. Itaque ridiculus admodum mihi Heerbrandus fuit, quod hanc ipsam Augustini sententiam & confessionem meam definitioni Idololatriæ à me traditæ opposuit, quasi fuerim eius postea oblitus, eamque destruxerim ipse, cum aliquem Idololatriæ modum in illa non comprehensum commemoravi. Deuisset potius vir bonus vel ex eo discere, quod hætenus ignorauisse videtur, definitioni videlicet (ut dictū est) nihil obstare, quod aliquibus per tropum definiti nomen accommodetur

Conc. 149. & 150. a In Commentariis super 44. cap. Isaiæ. b Quæst. 29. super Iosue & lib. de vera religione c. 38. Conc. 20.

C

quibus

quibus illa non quadret. Sed in hoc Heerbrandus simplex atq; ignorans fuit, in illo non satis callidè versutus, quòd vt probaret hæreses Idololatriam quoque esse, in nostra definitione non comprehensam, altero è duobus testimoniis Augustini, quæ in eandem sententiam ipse adduxi, vtitur primùm; deinde quando assertione quoq; mea idem confirmare vult, tacito illo testimonio Augustini, altero duntaxat dicit me id ipsum probauisse, cum tamen vtrumque testimonium ego eodem in loco cita- uerim. Ita dum hac dissimulatione cauere voluit, ne quis suspicaretur illum ex disputatione nostra testimonium id Augustini, quo primùm vsus est, accepisse, furti suspi- cionem commouit.

Conc. 18.

Conc. 29.

**DE FALSA, ATQVE INEPTA
DEFINITIONE IDOLOLATRIAE, QUAM
ASSIGNAVIT HEERBRANDVS: ITEM DE VARIIS
FRANDIBUS & DIUINA SCRIPTURA CORRUPTELIS, QUIBUS ILLE PROBARE
NITITUR, CATHOLICOS ESSE IDOLOLATRAS, ETIAM SI NON CREATURA, SED
VERO DEO DIUINUM CULTUM ADHIBEANT.**

C A P V T I I.

N V N C cum docuerimus, quàm ille perperam in oppugnanda definitione Idololatriæ à nobis tradita laborârit, eam quã, nostra reiecta, ipse assignat, audiamus. Verba illius sunt hæc: Idololatria igitur, idola, sicut & dij alieni in sacra scriptura nō sunt tantum Baal, Astaroth, Chamos, Sterthe, aut gētium simulachra ex quacunq; materia facta: sed quoq; omnis generis cultus & opera quæ vel ingenio humano, quantumuis animo & diuini cultus intentione sint excogitata, vel etiam ab ipsomet DEO præcepta, præter tamen

Con. 11.

»
»
»
»
»
»

tamen veram verbi DEI rationem impenduntur, (id est, vt ille sæpius exponit, citra præceptum) quamuis non in idoli aut dæmonis, sed veri DEI honorem, eo tamen fine & fiducia fiunt, vt illorum meritis & scelera expientur & vitam æternam consequamur, ac mereamur.

Conc. 45.
& 56. & 97.
100. 105.
117.

Mirum, quòd talis tantusque definiendi artifex vel vno verbo ausus fuerit in disputatione sua garrere de Diælectica & de Petro Hispano. Potuisset & clariùs & breuiùs dicere; Idololatria est, quicquid ego volo in Ecclesia Romana esse Idololatriam. Culicem antea excolabat, cum definitionem Idololatriæ nostram, descriptionem tantum ab effectu esse contendebat, nunc camelum deglutit, cum res longè inter se diuersissimas cōtra omnem artem vnica definitione comprehendere vult. Vt enim idololatriæ, idolorum, & Deorum alienorum non vna natura est, sic nullo modo potest vna tradi communis his omnibus definitio, qualem iste, & accuratam quidem, tradere se profitetur.

Primum igitur huius definitionis vitium & maximū est, quòd nequaquam est definitio, cum non vnus rei genus & differentiam breuiter tradat, sed multas absurdè coaceruet. Alterum, quòd cum omnia voluerit (etsi ineptè) Heerbrandus complecti, quæ quouis modo Idololatria in scriptura dici solent, non tamen est omnia eiusmodi complexus. Non enim comprehendit auaritiam, non intemperantiam, non reliqua peccata, quæ, vt supra diximus, aliquo modo Idololatria dici solent. Itaq; in eo ipse se verissimè condemnauit, in quo me falsò iudicauit ac temere. Ille enim pro instituto suo definitionem posuit angustiore definitio: Ego minimè, qui vt supra dixi, Idololatriam solùm propriè, vt est speciale peccatum, definiui. Tertium Heerbrandinæ definitionis vitium est,

Vitia quatuor
definitionis
Heerbrandi.

quòd quædam comprehendit, quæ non tantùm idololatria non sunt, sed ne peccatum quidem, hoc est, spontaneos cultus, & merita, DEO gratissima, vt statim demonstrabimus. Quartum quod si maximè concederemus, omnia quæ in definitiõe ponit, peccata esse, (quod ipsum tamen impium est) & idololatriam dici posse, id quidem de Idololatria tantùm per metaphoram esset intelligendum, vt superiùs probatum est, non de ea, quæ speciale peccatum est, quamque definire oportuit. Nam illa metaphorica, cum contineat omnia peccata, definiri nequit.

Sed audire mihi iam videor orationem eam, qua se suosque Heerbrandus consolabitur, cum vitia hæc definitionis suæ diluere nõ poterit. *Esto, dicet, Idololatriam verè ac propriè nõ definiuerim, cum illam esse affirmavi voluntarios cultus ac merita: sint hæc Idololatria tãtummodo metaphoricè. Illud certè manebit, Papistas metaphoricè esse idololatrias.*

Verùm ne sic quidem elabi Heerbrandus poterit. Nam primùm si metaphoricè tantùm & impropiè nos idololatrias esse censet, fateatur oportet, se hætenus non metaphoricè, sed maximè propriè calumniatorem egisse, qui subinde affirmarit, Catholicos veterem Ethnicorum Idololatriam, quæ sine vlla dubitatione propria ac vera fuit, non ex æquâsse modò, sed multis etiam parafangis superâsse. Deinde quî poterunt deinceps habere vigorem Heerbrandi & sociorum conuicia atque scurrilitates apud populum, si declarent non alia ratione Catholicis Idololatriam se tribuere, nisi qua ratione falsa dogmata, cæteraq; peccata omnia similitudine quadam dici possunt Idololatria? Frigescent profectò plurimùm eorum in nos maledicta, cum hoc modo ipsi in primis

tot

tot Idololatriarum siue Deorum alienorum rei à nobis optimo iure agantur, quot errorum aduersus fidem Catholicam ipsos accusamus, vt in fine prioris meæ disputationis dicebam.

CÆTERVM ne vllum ad calumniam aditum istis relinquamus, operè pretiũ fuerit etiam docere, quæ Heerbrandus in definitione sua ponit, ne secundùm metaphoram quidem Idololatriã censeri posse omnia. Actio-num ille genera quatuor in ea cõfundit. Vnum quo diuini honores assignantur idolis aut cuius creaturæ sicut DEO: alterum quo cultus aliquis vsurpatur contra DEI præceptum, quoad aliquam circumstantiam, loci nimirum vel rei oblatæ DEO &c. Tertium quo aliquid omnino ad cultum DEI geritur sine DEI præcepto. Postremum quo quæuis opera, siue ex præscripto legis, siue spontè suscipiuntur animo expiandi peccata, & promerendi vitam æternam.

Primum genus fateor ipsam Idololatriæ rationem non metaphoricè, sed omnino propriè continere; vt si nihil aliud Heerbrandus addidisset, tum demum fuisset censendus Idololatriam rectè definiuisse. Secundi generis actiones, quibus nimirum diuinus honor, secus quàm oportet, DEO adhibetur, quia ob prauam circumstantiam illicitæ sunt, facile quoque concedo, Idololatriam per metaphoram ea ratione dici posse, qua cætera peccata vniuersa: sed illud minimè dabo, actiones has in illis scripturæ locis Idololatriam censeri, quibus Heerbrandus contendit: Præsertim, cum fallaciter ex illis probare conetur, veram Idololatriã in cultu etiam posse consistere qui vero DEO tribuatur. Allegat primò, quòd Israëliticus populus fornicatus esse dicatur in Ephod, sacerdotali veste magnifica, quam Gedeon ex auro cõficiendam

Quænam Heerbrandus sua in definitione in-dolostè complex⁹ fuerit.

Conc. 12. Iudicum 8.

curavit; idq; solùm propterea, quòd illa ad sacrificandum DEO dictus populus vteretur extra diuinum tabernaculum: quod fas non erat, vt D. Augustinus interpretatur. Dum autem populus fornicatus esse dicitur, Idololatriã patrãsse, iuxta Prophetarum phrasim intelligendum est, inquit Heerbrandus.

Quaest. 41. in li. Iudicum.

Cuiusmodi fuerit Israëlitiçi populi peccatum, quòd in Ephod fornicatus sit, vti scribitur.

Duobus modis interpretatur illic Augustinus eum locum, primo vt intelligatur stupidus ille populus adorauisse eam vestem, tanquam DEVM quendam siue idolum, admiratus scilicet illius pulchritudinem & splendorem ac formam. Nam vt D. Augustinus ait, ita erat auro contexta, vt erecta, instar idoli cuiusdam staret, id quod putat posse colligi ex verbis illis: Fecitq; Gedeon Ephod, & statuit (vt 70. verterit) illud in ciuitate sua Ephra. Iuxta quam interpretationem, etsi fornicationem eo loco pro Idololatria accipiamus, nihil omnino pbauerit ad suum propositum Heerbrandus, quandoquidem Idololatria hæc non in cultu aliquo ad DEVM verum relato, vt ille contendit, sed ad creaturam stolidè pro DEO habitam referebatur.

Exponit deinde Augustinus, fornicationem illam in eo etiam potuisse consistere, quòd populus, contra diuinam legem, Ephod extra tabernaculum vteretur, ad sacrificandũ vero DEO. Quæ expositio nihilo magis quàm prior Heerbrando suffragatur. Nam cum hoc posteriori modo Augustinus eam fornicationem interpretatur, minimè illam peccatum Idololatriæ fuisse censet. Sed neque ratio vlla est, cur nos id censeamus. Quod enim Heerbrãdus asseuerat, fornicationis nomine, apud Prophetas, Idololatriam significari, nõ est semper ita. Quinimo eiusdem Augustini sententia peccatum omne quomens spiritualiter polluitur, atque corrumpitur, fornicatio

Spiritualis fornicatio non semper in scripturis accipit pro Idololatria. Lib. 1. de sermone Domini in monte ca. 16. & lib. 1. retrast. c. 19. Et Homilia etiã 70. de verbis Domini ait, fornicari à Deo esse ad voluptates cum affectu desistere. Quod in primis fit aliis peccatis.

catio in scripturis appellari solet. Vt cum ait^b Propheta: Qui elógant se à te peribunt, perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Dixerat antè, Mihi adherere DEO bonum est &c. Nunc quicquid huic casto amorì contrarium est, fornicationem appellat. Sic aliàs etiam id nomen in scriptura accipitur.

Possumus & aliam eius loci interpretationem ex ipso textu elicere fortè planiorem. Quod enim prius dicitur, Et fornicatus est in Ephod omnis Israël &c. hoc idem postea repetitur, & declaratur factum esse per veram Idololatriam, qua diis falsis gentium diuinus honor est exhibitus. Sequitur enim paulò post: Postquam autem mortuus est Gedeon, auersi sunt filij Israël & fornicati sunt in Baalim, percusseruntque cum Baal foedus, vt esset eis in DEVM, nec recordati sunt Domini DEI sui, qui eruit eos de manibus inimicorum suorum, nec fecerunt misericordiam cum domo Ierobaal Gedeon. Itaque mortuo Gedeone primũ fornicatus est in Ephod omnis Israël, quum veste illa populus abutebatur ad sacrificandum Baal & Baalim diis gentium. Quod qua ratione factum sit Gedeoni & omni domui eius in ruinã, tum etiam explicatur cum additur: Nec fecerunt misericordiam cum domo Ierobaal Gedeon, iuxta omnia bona quæ fecerat Israël. Calamitas enim familiæ, ruina Gedeonis etiam, scripturæ more, dicitur. Quòd si huius loci sensus hic est, vt planè videtur esse, nequaquã ex illo probat Heerbrãdus, cultum vero DEO, secus quàm oportet, exhibitum, Idololatriam in scriptura dici, sed potius quod nos asserimus, inde confirmatur; Idololatriam videlicet esse, cultum diuinum Diis falsis atque ad eò creaturæ tribuere, vt tum fecit ille populus.

^b Psalm. 72.

Sicut illic D. Aug. interpretatur. Numer. 15. Ad Hebr. 12. Apocal. 17.

Iudicum 8.

Ex c. 18. eiusdem libri apparet eiusmodi vestem ad sacrificandũ Diis vsurpari solitã fuisse.

^a Sic mors Isobeth filij Saul, vltimo quoque Saul dicit. 2. Reg. 4. Dedit Dominus Domino meo regi vltionẽ hodie de Saul & de femine eius. Et passim aliàs in scriptura occurrit hæc phrasia.

Cæterum

Cæterùm quòd hoc loco paulò obscuriori Heerbrã-
 dus abusus sit non valde miror; illud mirari satis non pos-
 sum, quòd ad idem propositum citat illam ex Prophe-
 ta Michea sententiam: Nunquid placari potest DEVS in
 millibus arietum? quasi sensus sit, DEVM sacrificia sibi à
 populo Israëlitico pro peccatis exhibita repudiauisse,
 tanquam idololatrica, vt Heerbrandus vult ob circum-
 stantiam finis, scilicet expiationis peccatorum. Si ita est,
 Idololatriam DEVS illi populo præcepit, cùm varia pro
 peccatis sacrificia ipsum offerre^a voluit. Sensus igitur eius
 loci longè alius est, nimirum sacrificia veteris legis ad ex-
 piationem peccatorum vsurpata, et si legitima fuerint; at
 nõ illa tamè per se vim habuisse culpas expiandi, Deum-
 que placandi: quinimo conuersione prætereà mentis in
 DEVM ac sollicitudine adipiscendæ salutis opus fuisse ad
 fructum passionis CHRIS TI futuræ, cuius illa sacrificia
 tantùm figura erant, participandum, atque adedò ad ha-
 bendum propitium DEVM. Vnde ibidem sequitur:
 Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus
 requirat à te, vtique facere iudicium & diligere miseri-
 cordiam & sollicitum ambulare cum Domino DEO tuo.
 Vrget prætereà vel deprauat potiùs sententiam illam
 Jeremiæ, Idololatriam Israëlitici populi ita exprobran-
 tis: In omni colle sublimi & in omni ligno frondoso tu
 prosternebaris meretrix. Quibus verbis eum cultum à
 propheta taxari dicit Heerbrãdus, de quo alibi scribitur:
 Attamè adhuc populus immolabat in excelsis Domino
 DEO suo. Tum colligit, Idololatriam à Propheta cenferi
 cultum vero quidem DEO exhibitum, sed ob id illegiti-
 mum, quòd extra locum, quem DEVS elegerat, exhibe-
 retur. Heerbrandi somnium est, ibi Prophetam cultum
 illum qui vero DEO, in excelsis locis exhibebatur, repre-
 hendere.

Conc. 3.
 Mich. cap. 6.

^aLeuit. 4 5. 6. 7.
 8. 9. 10. 12. 16.
 23. Num. 6. 7.
 15. 19. 28. 29.

Conc. 14.
 Jerem. 2.

2. Paralip. 33.

hendere. Non est ita: sed accusat potiùs ethnicam super-
 stitionem, quam populus Israëliticus colens in excelsis
 locis etiam Deos alienos, infeliciter à gentibus didicit,
 cùm diuinitus esset admonitus atque iussus, illam fundi-
 tus abolere. Sic enim Moyses: Hæc sunt præcepta atque
 iudicia, quæ facere debetis in terra, quã Dominus DEVS
 patrum tuorum daturus est tibi, vt possideas eam cunctis
 diebus, quibus super humũ gradieris, subuertite omnia
 loca, in quibus coluerunt gètes, quas possessuri estis, Deos
 suos super montes excellos & colles, & subter omne li-
 gnum frondosum.

Hunc igitur Deorum alienorum, in excelsis locis,
 cultum notat illic (sicut alij^a Prophetæ etiam fecerunt)
 in populo DEI Hieremias. Quod quidem vel ex eodem
 Prophetæ loco deprehendere potuisset Heerbrandus,
 nisi libidine quadam scripturas deprauandi fuisset occæ-
 catus. Nam paulò antè eandem populi superstitionem
 & impietatem sic per locum à minori, exaggerat: Si mu-
 tauit gens Deos suos, & certè ipsi non sunt Dij: populus
 autem meus mutauit gloriam suam in idolum. Obstupe-
 scite cœli super hoc &c. Postea quoq; vt eius impietatis,
 quam meretriciam per tropum dixerat, turpitudinem
 monstraret magis, hac vtitur similitudine. Quomodo
 confunditur fur, quando deprehenditur, sic confusi sunt
 domus Israël, ipsi & reges eorum, principes & sacerdotes
 & prophetæ eorum, dicentes ligno, pater meus es tu, &
 lapidi, tu me genuisti. Verterunt ad me tergum & non fa-
 ciem, & in tempore afflictionis suæ dicent, surge & libera
 nos. Vbi sunt Dij tui quos fecisti tibi? surgant & liberent
 te in tempore afflictionis tuæ. Potuitne aut pluribus aut
 clarioribus verbis indicare Prophetam, cultum se damna-
 re, quo populus Israël faciem, hoc est, intètionem animi

Deuter. 12.

^aIsai. 57. Ezech.
 6. de quo etiam,
 4 Reg. 14. & 16.
 & 2. Paral. 28.

Cap. 2.

D omnem

omnem non ad verum DEVM, vt Heerbrandus defipit, sed ad Deos gentium falsos conuertit? Quid quòd frequenti capite arguens populum Iuda, quòd in eo scelere
 ,, populum Israël fuerit imitatus, sic inquit: Nunquid vidisti quæ fecerit auersatrix Israël? abiit sibimet super omnem montem excelsum &c. & vidit præuaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo quòd mœchata est auersatrix
 ,, Israël, dimissem eam & dedissem ei libellum repudij, & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius, sed abiit & fornicata est etiam ipsa, & facilitate fornicationis suæ contaminauit terram, & mœchata est cum lapide & ligno.
 3. Reg. 14. Apertiùs adhuc in sacra historia; Et fecit Iudas malum coram Domino, & irritauerunt eum super omnibus quæ fecerant patres eorum in peccatis suis, quæ peccauerunt. Ædificauerunt enim & ipsi sibi aras & statuas & lucos super omnem collem excelsum & super omnem arborem frondosam, sed & effœminati fuerunt in terra, feceruntque omnes abominationes gentium, quas attriuit Dominus ante faciem filiorum Israël.

Ergo Hieremias cultum impiù, quo idolis gentium, populus DEI sacrificabat, velut Idololatriam accusat, non illum, vt ait Heerbrandus, cuius fit mentio, cum dicitur: Attamen adhuc populus immolabat in excelsis Domino DEO suo. Quanquam non est negandum, & hunc item cultum, ob circumstantiam profani loci, illicitum fuisse. Postquam enim DEVS per Mosen iusserat, aras & lucos gentium in nemorosis locis ac excelsis colibus constructos deleri, illicò adiecit: Non facietis ita Domino DEO vestro, sed ad locum, quem elegerit Dominus DEVS vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis, & offeretis in loco illo holocausta & victimas vestras. Itaque in hanc

DEI

DEI legem populus committebat, cum adhuc, vt scribitur, immolaret Domino DEO suo in excelsis. Veruntamen peccatum hoc in scriptura sacra non cenferi Idololatriam, neque hoc nomine à Prophetis vituperari, ex eo ipso loco, in quo illud cõmemoratur, docere possumus. Recensetur illic primùm vera ac propria, secundùm nostram definitionem, Idololatria, quam Manasses Rex Iuda, & admisit ipse, & DEI populo persuasit. Tum eiusdem resipiscentia indicatur, & quomodo priorem aboleuerit idololatricam impietatem; sed additur tamẽ, hoc vnicum in populo peccatum hæsisse, quòd in excelsis immolabat Domino DEO suo. Ita, cum perspicuè scriptura discernat inter Idololatriam iam sublatam, & peccatum illud reliquum, quod populus committebat, aperte indicat, hoc diuersum ab Idololatria peccatum fuisse. Quare incidit in foueam Heerbrandus, quam fecit, hoc est, locum attulit, qui phantasticè definitioni Idololatriæ suæ non fauet, nostræ autem in primis fauet.

Efficient hoc ipsum scripturæ verba planiùs. Fecit autem Manasses malum coram Domino, iuxta abominationes gentium quas subuertit Dominus coram filiis Israël; & cõuersus instaurauit excelsa, quæ demolitus fuerat Ezechias pater eius, construxitque aras Baalim, & fecit lucos & adorauit^a omnem militiam cœli & coluit eam &c. & nonnullis interiectis: Igitur Manasses, seduxit Iudam & habitatores Hierusalem, vt faceret malum super omnes gentes, quas subuerterat Dominus à facie filiorum Israël. Hactenus Regis & populi Idololatria. Sequitur nunc pœnitentia. Qui postquam cõanguistatus est, orauit Dominum, & fecit pœnitentiam &c. & abstulit Deos alienos & simulachrum de domo Domini &c. Porro instaurauit altare Domini, & immolauit super illud victimas &

2. Paralip. 13.

^a Hæc vera Idololatria est: nõ quam Heerbrãdus fingit in cultu qui vero Deo exhibetur.

D 2

paci-

Qualem peccati populus Israël-icus cõmiserit, cõ adhuc immolabat in excelsis Domino Deo suo.

Deuter. 12.

pacificas & laudem, præcepitque Iudæ, ut seruiret Domino DEO suo. Tum subiicitur: Attamen adhuc populus immolabat in excelsis Domino DEO suo. Notanda est vis particulæ, attamen. Quasi sit sensus, etsi Idololatria sublata fuerit, hoc tamen reliquum erat, quod non fuit quidem Idololatria, sed fuit peccatum tamen. Indicarunt apertius 70. interpretes hunc sensum cum sic verterunt, Attamen adhuc populus immolabat in excelsis, sed Domino DEO suo, tanquam apertè diceretur: Attamen peccabat populus immolando in excelsis, non tamen peccato Idololatriæ, quia non idolis seu Diis alienis, ut antè, sed Domino DEO suo.

Quo circa peruersè Heerbrandus contendit, cultum quomodo cunque illicitum, tamen si vero DEO exhibeatur, Idololatriam in Scriptura censeri. Illud verò longè peruersissimum quod ut idem euincat, fingit ex suo cerebro, Idololatriam quam Hieremias arguit, cum dicit, Secundum numerum ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda, aliam non fuisse, quàm quod in omnibus & singulis ciuitatibus contra mandatum DEI ille populus altaria extruxisset, in quibus immolaret Domino DEO Israël. Horrendum profus sacrilegium, diuino verbo ac literis vsque ad eò abuti licenter, homines præsertim qui verbi DEI prætextu tot animas innocentes perdidierunt.

Exponebat illic Propheta, quemadmodum populus ille sub omni ligno frondoso, ut supra dictum est, mechatus per Idololatriam fuisset, dicens ligno, pater meus es tu, & lapidi, tu me genuisti; tum sequitur, verterunt ad me tergum & non faciem, & in tempore afflictionis suæ dicent, surge & libera nos, vbi sunt dij tui, quos fecisti tibi; surgant & liberent te, secundum quippe numerum ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda. Ab hoc contextu, nemo

nemo sanè mētis negabit, interpretationem illam Heerbrandi plus quàm cælum à terra distare.

Sed audiamus etiam Prophetam alibi ex ore DEI eandem sententiam repetentem, & exponentem, quales isti dij fuerint. Et hi ergo, inquit, abierunt post Deos alienos & seruiuerunt eis, irritum fecerunt domus Israël & domus Iuda pactum meum, quod pepigi cum patribus eorum. Quamobrem hæc dicit dominus, Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt, & clamabunt ad me & nõ exaudiam eos: Et ibunt ciuitates Iudæ, & ciuitates Hierusalem & clamabunt ad eos quibus libant, & non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum: secundum numerum enim ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda, & secundum numerum viarum Hierusalem posuisti aras confusionis, aras ad libandum Baalim.

Conferat nunc quæso æquus lector cum Propheta pseudopphetam, hoc est, Heerbrandum cum Hieremia, & attendat quàm isti conuenienter diuinæ scripturæ (ut se se vanissimè iactare solent) ratiocinentur. Hieremię verba iam audiuius, Heerbrandi sunt ista: Secundum numerum ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda. Quia inquit, in his omnibus & singulis altaria extruxerant, in quibus immolarent Domino DEO Israël. Hos ergo, inquit, cultus omnes & singulos præter verbum DEI institutos etiam si in honorem veri DEI exhiberent, prophetæ tamen non animo & intentione eorum consideratis, DEOS nominat alienos. Cùm verò, inquit, non idolis gentium neque creaturæ, sed soli creatori Domino Israël facta hæc facerent Hebræi, idololatriæ haberi nolebant &c. Hieremias ut vidimus, aras in singulis ciuitatibus dicit construxisse illum populum, ad sacrificandum Baalim; Heerbrandus contra ad Sacrificandum non creaturæ aut idolis,

Conc. 13. 14. & 15.

Ieremi 3.

Corrumpit Heerbrandus turpiter diuinam scripturam.

Quis illius loci sensus sit: Secundum numerum ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda. Ierem. 3.

Hierem. 11.

Antithesis doctrinæ Heerbrandi, & Ieremias.

idolis, sed soli DEO. Iudicet nunc ipsemet utrinam potius sit credendum, & ferat equo animo, si antiprophetam ipsum vocemus.

Detegenda nunc est altera huius hominis impostura non multò minor. Post illa Hieremiæ verba; secundum numerum quippe ciuitatum tuarum erant **Dij tui Iuda,**
Jerem. 3. „ proxime sequitur ista: **Quid vultis mecum iudicio contendere? Omnes dereliquistis me, dicit dominus. Cuius orationis gemina vis est; Nam & euidentem iustitiã causæ DEI aduersus infidelem illum populum declarat; & præterea ad eiusdem populi ingenium peruicax alludit. Siquidem ille procliuis erat ad scelera quorum sibi conscius erat, & interdum conuictus quoque fatebarur, vel excusanda, vel impudenter etiam inficianda. Sicut ibidè**
 „ paulò antè ait Dominus, **Quomodo dicis non sum polluta, post Baalim non ambulauit? ac paucis interiectis. Et**
 „ dixisti, desperaui, nequaquam faciam; Adamaui quippe
 „ alienos, & post eos ambulabo. **Quomodo confunditur**
 „ fur, quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israël
 „ dicentes ligno, pater meus es tu &c.

Conc. 15. **Quid verò noster Heerbrandus? Nimirum pro candore suo sic interpretatur hunc locum, ut affirmet, Catholicos, quando negant, se Idololatriam in cultu committere perinde frigidè excusare se, & veritatem ipsam inficiari, ac olim faciebat populus ille idololatra. Calumniam est vanissima; cum iam ex diuinis literis probauerimus, populum illum non ad DEVM verum, ut nos, sed ad Deos falsos gentium direxisse cultum diuinum, ut interdum ipse quoque conuictus fatebatur. Quarè non potuit is populus nisi impudèter Idololatram se esse, negare; Ipsi idololatras esse nos (quod impudenter hæretici affirmant) negamus iustissimè & verissimè.**

Non potuisse
 Israëlitiõ olim
 populum Idololatriæ
 crimen iustè diluere, ut
 nunc diluunt Catholicici

Rectè

Rectè igitur suprà dixi, cultum vero quidem DEO exhibitum, sed mala circũstantia deprauatum, Idololatriam metaphoricè, sicut & vniuersa peccata, dici utcunquè posse: Veruntamen ne hoc quidem demonstrare Heerbrandum ex his scripturæ locis, quæ ut id probet, peruersè corrumpit. Ac fuimus fortasse hac in re paulò longiores. Verum ostendenda fuit Heerbrandi fraus & collegarum, qui his scripturæ corruptelis conantur suadere, idololatriam veram in vero etiam DEI cultu posse admitti. Quem conatum in sequentibus quoque repellemus.

SEQUITUR NUNC tertium actionum genus ex iis quæ Heerbrandus ut suprà commemorabamus, in definitione sua tanquam Idololatriam damnauit, nimirum quo DEVS spontè colitur citra præceptum. Hoc tantum abest ab idololatria vera, ut ne peccatũ quidem sit vllum, quin potius obsequij genus præclarum atque magnificum, quod DEVS non solum^a probat & acceptum habet, verum etiam^b consulit, vnde cõfidenter Propheta^c **David,** cum spontè iurasset custodire legem DEI, orationem illam subiecit. **Voluntaria oris mei beneplacita fac domine &c. Ne autem vagemur extra propositum in cõmuni loco latiùs, placet, ea, quibus Heerbrãdus spontaneum cultum oppugnat, & idololatriam illum facere studet, in medium adducere.**

^d Lacerat primùm scripturæ testimonia quædam, in hunc ferè modum: Aliqui ex populo Israëlítico fuere, qui optima intentione filios & filias suas DEO vero offerrent, pro expiatione videlicet peccatorum; iuxta illud: **Quid dignum offerã Domino &c. ? nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructũ ventris mei pro peccato animæ meæ &c. ? Atqui DEVS cultum hunc**
 „ (quia

Spontaneũ cultũ longè differre ab Idololatria.

^a Cũ alijs, tñ. Genes. 4. & 8. Nũ. 6. 1. Reg. 1. Iere. 35. Ioan. 3. Ad Hebr. 11. ^b Matth. 19. & Apostol. 1. Cor. 7. ^c Quæ de re videt. Aug. li. 1. de adult. cõiugijs, ad Polentiũ cap. 14. vbi ait: Multa sunt autè faciendã non iubente lege sed libera charitate: et ea, inquit, sũt in nostris officijs gratiora. Quam sententiam latè ibi ex diuina scriptura probat.

^d c. Psal. 118. d. Conc. 13. e. Micheæ. 6.

(quia illum ipse non precepit) idololatrię damnat, adeo, ut per psalmistam affirmet non sibi, sed dæmoniis oblatos filios & filias: Cultus igitur eo ipso Idololatricus est, quod nõ est præceptus, tamen ad DEVM verũ dirigatur.

Psalm. 105.

Vendicatur Michea locus ab Heerbrãdi corruptela.

Bis hinc Heerbrandus affert scripturę vim, primò cum fingit, Micheam loqui de iis, qui DEO vero filios sponte obtulerint in holocaustum aut alio modo. Nihil minùs sed eius loci sensus est, peccati labem et DEI offensam tanti esse ponderis, ut seclusa misericordia DEI & CHRISTI sanguine, nullis actionibus, nullis holocaustis quantumuis maximis, etiam si filium quis offerat, aut immolet, (quod ipsum tamen non licet) expiari possit.

Ut fecit Rex Moab. 4. Reg. 3.

Secundò si maximè illic sermo esset de aliquibus, qui cum DEO sponte filios obtulerint, DEV M offenderint, intolerabile tamen prorsus est, quod Heerbrandus ad tales accomodet illum Psalmi locum, quo Propheta idololatriam eorum impiam redarguit, qui filios & filias suas dæmonibus mactauerunt. Quid enim luculentius esse potest, illa eiusdem Prophetę oratione, quæ proximè antecedit; Et commisti, sunt inquit, inter gentes, & diorunt opera eorum, & serui erunt sculptilibus eorum & factum est illis in scandalum, et immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs, Sequitur; Et effuderunt sanguinẽ innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarũ suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Canaam. Nemo tam cæcus est, qui non videat, hinc notari à Propheta impiam et acerbam Israëlitarum vanitatem, qui ut aliàs etiã scriptura^a commemorat, hoc à^b gentilibus didicerunt, ut, religionis erga verum DEV M, & humanitatis oblit, proprios liberos falsis gentium Dijs profano ritu libarēt. Et tamen audet noster antipropheta Idololatriam hanc sic interpretari, ut non hinc memorentur qui sculptilibus Canaam,

a 4. Reg. 16. 2.
Paral. 2. 11. 57.
b Deuter. 12.

Chanaã, sicut Regius Propheta dicit, sed qui vero DEO filios immolarint.

Cæterum nullum scripturę locum libentiùs Heerbrandus & collegæ, ut cultum DEI voluntarium oppugnent, urgere solent, quàm illum, in quo sic legitur: Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quicquam nec minuas. Quàm sibi diligenter isti cauent, ne quicquam huic auctoritati aut detrahant, aut ex præcedentibus addant, ne mox suam, in hoc testimonio citando, vanitatẽ prodant. Dixerat enim Moyses. Quando disperdiderit Dominus ante faciem tuã gentes, ad quas ingredieris possidendas, & possederis eas, atque habitaueris in terra eorum, caue ne imiteris eas postquam fuerint introeunte subuersæ; & requiras cæremonias earum, dicens: sicut coluerunt gentes istæ Deos suos, ita & ego colam. Non facies similiter Domino DEO tuo. Omnes enim abominationes, quas auerfatur Dominus, fecerunt Dijs suis, offerentes filios & filias, & comburentes igni. Tum sequitur, Quod præcipio tibi tantum facito Domino, neque addas quicquam, nec minuas. Nonne contextus ipse perse indicat, tantum caueri hoc loco, ne gentium impia sacra & cæremonia, ad DEI cultum transferantur?

Conc. 16.

Deuter. 12.

Ibidem.

Nihil minùs Deũ generatim iussisse, quàm ut ea tantum, quæ ipse præcipit, v. surpem⁹ ad cultum.
Ibidem.

Sanè vouendi religio, cultus spontaneus est, & tamen adeo illic non prohibetur, ut ratio etiã præscribatur, quæ admodum vota exoluenda DEO sint. Non poteris, inquit Moyses, comedere in oppidis tuis decimam frumenti & vini & olei tui, primogenita armentorum & pecorum, & omnia quæ voueris & sponte offerre volueris, & iterum: Quæ autem sanctificaueris & voueris Domino, tolles, & venies ad locum, quem elegit Dominus, &c.

E Quid

Quid quòd alibi longo sermone explicatur Nazarorum institutum, qui se sponte absque vlllo præcepto, Domino consecrabant? Vir, inquit Moses, siue mulier cum fecerint votum, vt sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare, à vino & omni, quod inebriare potest, abstinebunt &c. Satis profectò hinc apparet, quod & ex locis aliis est perspicuum, spontanea iustorum vota esse DEO placabilia, ac proinde stolidum aduersariorum figmentum esse, voluntarium cultum hoc ipso vitiosum esse, & displicere DEO, quòd præceptus non sit.

Dicent fortasse, vota verbis illis præcipi: Vouete & reddite Domino DEO vestro. Nam & solent isti contra scripturas delirare, quicquid homo facere bene potest, hoc totum ex præcepto illum facere debere, neque vllum esse consilium. Si ita est, examinet se Heerbrandus & videat, vtrum per inchoatam saltem & mancam illam suam legis obedientiam adimpleuerit vnquam id vouendi præceptum. Quod si non fecit, in peccato, contra conscientiam violatam legis, (vt isti loqui solent) hærebit, ac proinde, iuxta ipsorum doctrinam, & fide & gratia carebit, & Hellbrand erit.

Saltem, inquit, votorum in scripturis, si non præceptum, mentionem tamen commendationemque habemus, aliorum cultuum, quos Catholici vsurpant, non habemus. Quæro qua ratione in scripturis commendari debeat cultus vel actio aliqua, vt rectè fiat: Expresfene & speciatim? Quis hoc sanæ mentis requirat? Sic certè in hominum vita vix aliquid rectè geri posset. Quàm multa enim necessariò facienda sunt, de quibus ne iota quidem expressè in scripturis reperitur? Et quis aduersariis credat in illa vel tenui religionis & cultus umbra, quam vix retinent, nullam cæremoniam, actionem nullam

lam adhiberi, quæ expressè non sit in scripturis determinata. Quòd si satis est, aliquid tacitè ac generatim in scriptura contineri, nihil profectò est in Ecclesiæ Catholicæ cultu, quod scripturarum commendatione careat: etiam si aliud non haberemus, quàm quòd Ecclesia est columna & firmamentum veritatis. Scripturarum à nobis, inquit præclare Augustinus, tenetur veritas, cum hoc facimus, quod vniuersæ iam placuit Ecclesiæ, quam ipsarum scripturarum commendat auctoritas, vt, quoniam sancta scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit obscuritate quæstionis, eadem Ecclesiam de illa cõsulat, quam sine vlla ambiguitate, sancta scriptura demonstrat.

At Ecclesiam hanc apud se dicunt esse aduersarij. Non est modò locus redarguendi hoc commentum, sicut nec differendi de crassa illa eorundem hallucinatione, qua verbum DEI solis characteribus inclusum esse putant, nec nisi per literas docere Ecclesiam posse. De cultu tantum non præcepto iam agimus. Quem vt blasphemare tandem desinat Heerbrandus aduertat, præter iam dicta, longè aliud esse, cultum aliquem tantum non esse præceptum, aliud, vsque adeò non esse præceptum, vt etiam alicui præcepto repugnet: Qui cultus hoc posteriori modo dicitur in scriptura non præceptus, is duntaxat illicitus est. Cuius generis illa abstinentia fuit, quam Apostolus peruersè ab Heerbrando intellectus, damnat in illis, qui vel cæremonia Iudaica, vel nescio, ex qua superstitione & reuerentia erga Angelos, tanquam erga numina quædam, à cibis abstinebant, vt ex toto eius loci contextu apparet. Eiusdem generis & ille cultus est, de quo CHRISTVS ait, sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum, & Omnis plantatio,

E 2 quam

a 1. Paralip. 29.
Psal. 49. Eccle.
5. Isa. 19. Iong.
1.
b prouerb. 15.

Psal. 75.

Qua ratione factis fuerit aliquid in scriptura commendari vt rectè fiat.

1. Tim. 3.
Lib. 1. contra
Cresconium
Grammaticum
ca. 23.

Quisnam cultus non præceptus illicitus sit, & quis licitus.

Ad colof. 2.
Huius superstitionis meminit Clemens Alexandr. li. 3. Stromatū paulò ante mediu & Tertullianus li. 5. contra Marcionem, sub finem.
Math. 15.
Ioan. 15.

quam nõ plantavit pater meus, eradicabitur. Agit enim de illo genere quod eodem in loco sic reprehenderit.

Quare vos irritum fecistis mandatum D E I propter traditiones hominum?

Neq; à Scripturæ phrasi alienum est, ut id simpliciter dicatur non esse ex præcepto aut virtute aliqua factum, quod etiam est contra præceptum vel virtutem. Sic enim

Ad Rom. 14. aliqui rectè interpretantur illud, Omne quod non est ex fide, peccatum est, id est, quod vsque adeò non est ex fide, ut sit etiam ex infidelitate, atque adeò fidei repugnet.

Ioan. 8. Similis illius quoque sententiæ vis est. Qui ex D E O est, verba D E I audit, propterea vos non auditis, quia ex D E O non estis, & passim aliarum. Sed & familiari sermone cum peccatum ab aliquo manifestum, contra legem D E I admissum, obiurgare leniùs volumus, dicere solemus, non docuit hoc utique te lex diuina; nequaquam secundùm charitatem fecisti. Hanc igitur dicendi phrasim Heerbrandus in scripturis diligenter obseruet, ut sciat, quem cultum non præceptum damnare possit, quem verò minimè. Tum fortè videbit, se supra modum cæcutire, cum cultus Ecclesiæ voluntarij, Idololatria ipsi apparent.

Cong. 11. P O S T R E M V M genus restat earum actionum, quas eadem nota hic Tubingensis affecit: nimirum quicquid geritur ad satisfaciendum pro peccatis & promerendam vitam æternam. Quis vnquam vel per febrim somniafet, futurum aliquando non dicam Theologum, sed hominem omnino aliquem ita rudem, ut necesse sit illi probare, hoc non esse Idololatriam? Atqui Heerbrandus inuentus est, qui huiusmodi probatione indigeat. Doceamus igitur illum etiam non valde subtiliter, & paucis, ut possit

possit capere, præsertim cum locus hic sit communis, sæpe aliàs defensus. Quod peccatum non est, Idololatria esse nullo modo potest: studium^a satisfaciendi pro pœna, peccatis, quoad culpam remissis, debita, itemq; ^b promerendi vitam æternam, atq; adeò fiducia^c suo gradu in huiusmodi, peccatum non est, cum in scripturis commendetur nobis: Non est igitur vlllo modo Idololatria. Nam quid ego ex germana Idololatriæ definitione probẽ, genus hoc non esse propriè Idololatriã? Potestne quisquam tam delirus esse, ut existimet, operibus nos habere honorem diuinum, quòd illis vitam æternam promereri & pro pœna satisfacere velimus? Nihil profectò fingi potest, quod à diuinitate per se atq; adeò ab honore ipsi debito magis alienum sit, quàm satisfactionis ratio & meritj. Hęc enim ad D E V M, tanquam ad superiorẽ referuntur, cui satisfaciendum est, apud quem promerendum; diuinitate nihil est sublimius, ad quod illa referri possit. Proinde diuinum nihil operibus iustorum attribuimus, cum in illis satisfaciendi & promerendi virtutem inesse arbitramur.

At enim cum Esaias clamat, Repleta est terra idolis, de operibus Phariseorum loquitur, ait Heerbrandus, in quibus illi fiduciam collocabant suam, sicut C H R I S T V S alicubi dicit. Agit enim Propheta de tempore aduentus Messie, quo Iudæos constat nulla alterius generis idola coluisse. Primùm, Phariseorum fiduciam vanam & opera neq; probat Ecclesia, neq; imitatur. Deinde ne hanc quidem Phariseorum arrogantiam à propheta eo loco tanquam Idololatriam notari, perspicuum est. Nam declarans ille quænam Idololatria terram idolis compleuerit, è vestigio subiungit: Opus manuum suarum adorerunt, quod fecerunt digiti eorum, & incuruauit se

E 3 homo

Studium satisfaciendi pro peccatis & promerendi vitam æternam nihil habere cum Idololatria commune. a Iohel. 2. Dát. 4. Matth. 3. Luc. 3. & 11. ad Rom. 6. &c. b Sapi. 3. & 10. Matth. 5. & 20. 2. ad Corint. 4. 1. ad Tim. 4. Ad Hebr. 13. &c. c Ad Phillip. 2. 1. Pet. 1. 1. Ioã 3.

Cong. 15. Esai. 2. Lucæ 18.

homo & humiliatus est vir. Habétne quidquã cum pharisaica elatione commune, vilitas hæc & abiectio animi, quam in veris idololatriis exagitat hoc loco Propheta? Et quis præter Heerbrandum adeò desipiat, vt idola, quæ manuum & digitorum opificium hic dicuntur, superbiam, non digitorum, sed animi peccatum, interpretetur?

Longè profectò veriùs hic Propheta locus in glossa, quam interlinearem appellant, ad cæcam veræ Idololatriæ impietatem accommodatur, quæ DEI gloriam in creaturam transfert. Hæc enim illic non minùs eleganter quàm breuiter interposita sententia est: Admirabilis dementia; Quid melius est, quod factum est, an qui fecit? Quamuis igitur Propheta eo loco multa pronuntiet de Messie tempore, quando apud Iudæos non viguit Idololatria; quòd inserit tamen, terram repletam idolis fuisse, quæ pro DEO adorarentur, ad tempus illud pertinet, quo antè captiuitatem Babylonicam, præsertim regnâte Manasse, frequentissima fuit apud illum populum Idololatria; sicut & antè in Ægypto, & Iudicum temporibus. Quæ interpretatio præterquam quòd, Hieronymi testimonio, multorum est, cum ipso planè textu congruit, vt rectè Nicolaus de Lyra annotauit.

H A C T E N V S Heerbrandi fraudes & diuinæ scripturæ corruptelas bene multas deteximus, quibus ille definitionè Idololatriæ suam astruere conatus est, vt probaret dogma Caluini, in priori disputatione nostra refutatum. Videlicet Idololatriam olim commissam esse, etiam in cultu, qui non creaturæ, sed creatori exhiberetur. Ita enim homines pertinacissimi maledictis & calumniis assueuerunt, vt, cum sentire incipiant, stolidè se nobis obiecisse, quòd creaturis diuinos honores tanquam

quam Diis adhibeamus, artificium excogitent, quo possint aliquo colore nos in eo etiam, quòd vero DEO cultum tribuimus, Idololatriæ accusare. Phantasma inanissimum, quod non modò cum scripturis diuinis, vt hætenus ostensum est, euidenter pugnat, sed etiam à communi hominum sensu penitus abhorret; qui veram Idololatriam non aliud peccatum esse audiuerunt, nisi quod Propheta, quod Apostoli declarant, nimirum mutare

Psal. 105. ad R5.
1. Sapi. 14. & 2.
lias vbi supra

gloriam DEI in idola, siue Deos alienos, & seruire potius creaturæ, quàm creatori, atque adeò honorem diuinum creaturæ tanquam DEO deferre; Quod appositè Hieremias dixit esse, mutare DEVM, hoc est, eo animo (quod ad cultum attinet) esse erga creaturam, quo erga verum DEVM esse oportet.

Sed ait Heerbrandus, idololatrias etsi cultum dirigant ad verum DEVM, ideo tamen in scripturis dici venari Deos alienos, quia non est verus DEVS, qui cultibus humana industria excogitatis coli velit, sed idolum, est & cordis humani figmentum, quod nusquam extat, sicut Apostolus pronunciat, scimus, quia nihil est idolum, in mundo.

Conc. 16. & 17.

1. Cor. 8.

Fictitium hoc Heerbrandi commentum esse, facile apparebit si repetamus ea breuiter, quæ in scriprura veris idololatriis tribuuntur. Dicuntur igitur illi seruire^a creaturæ potius quàm creatori: cõmutare^b cum idolo DEVM, eiusq; in illud gloriam transferre: cisternas dissipatas^c foderi: lapidibus & lignis imponere incõmutabile nomẽ: colere omnem^e militiam cœli: adorare^f opera manuum hominum, quæ oculos habeant^g & non videant: confidere in^h sculptili: prouocareⁱ in simulachris ad æmulationem, DEVM, quippe qui indignè ferat aliquid præ-

ter

a Ad Roman. 1.
1. ad Cor. 5. & 6.
ad Galat. 4.
b Psal. 105.
c Jeremi. 2.
d Sapi. 14.
e 4. Reg. 21. &
2. Paral. 33.
f Isai. 2. Plal. 96.
g Psalm. 113.
h Isai. 42.
i Psalm. 77.
Deuter. 32.

Quomodo intelligendus locus Isaiæ: Repleta est terra idolis.

In Commentariis super illum locum.

Lib. 1. instituit. cap. 11.
Conc. 130. & deinceps.

Exod. 20. Deu-
ter. 5. Iſai 42.
1 Ierem. 7. & 13.
in 2. Paral. 34. &
Ierem. 44.
n Pfalm. 95.

ter^k se coli pro DEO: ambulare^l post Deos alienos gen-
tium; & sacrificare^m illis, qui omnes dicunturⁿ dæmonia.
Hæc & alia huius generis plurima, nunquam mihi per-
suadebit Heerbrādus eum committere, qui cultum qui-
dem recta animi intentione ad DEVM refert, sed hoc
solum peccat, quòd aliter de DEO sentit, quàm par est,
existimans, cultum aliquem ipsi placere, qui non sit ei
gratus.

Cap. 2.

Si nihil aliud haberemus, quàm quòd Hieremias
Propheta censet, per Idololatriam commutari DEVM
cum creaturis, nonne hoc satis declararet animum istius
modi vitio penitus auerti à DEO vero, & ad falsum, id
est, ad creaturam tanquam in DEVM conuerti? Si mu-
tauit, inquit, gens Deos suos; & certè ipsi non sunt Dij.
Populus autem meus mutauit gloriam suam in idolum.
Neque obscurum est, quod sequitur: Obstupescite cœli
super hoc; Duo mala fecit populus meus, & dereliquerūt
me fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipa-
tas, quæ continere nō valent aquam. Non potuit planiùs
docere, in Idololatria non illud solùm inesse mali, quòd
animus prauè se gerat erga ipsum DEVM verum (siue ob
falsam existimationem, vt Heerbrandus ait, siue alio mo-
do) sed id præterea, quòd ad imbecillein ac fragilem crea-
turam, vt ad DEVM, infeliciter conuertitur. Quod ipsum
post luculento illustrat simili, ducto ex muliere, quæ re-
cedens à viro suo, nubit alteri.

Idololatriã duo
cōtinere scilicet
auerſionē à vero
Deo, & conuer-
ſionē ad creatu-
ram tanquam in
Deum: Proinde
nō possē habere
p̄ scopo verum
Deum, vt here-
tici volunt.

Cap. 3.

1. ad Cor. 8.

Sed & Apostolus, quando ait, scimus, quia nihil est
idolum in mundo, apertè declarat, Idololatriam versari
circa creaturam tanquam DEVM. Sensus namque est,
idolum, siue aliæ creature, quæ adorantur pro DEO, nihil
omnino tale sunt, quale falsò putantur, hoc est, non sunt
DEVS.

Quomodo in-
telligendū illud:
Nihil est idolum
in mundo.

DEVS. Cum hoc enim sensu planè cohæret ratio, qua id
cōfirmat Apostolus, subiiciens: Et quòd nullus est DEVS,
nisi vnus. Quasi dicat, cùm DEVS non sit nisi vnus, fieri
nequit, vt idola, quæ putantur Dij, DEVS sint; siquidem
illa sunt plura. Quam rationem deducit ibidem latiùs,
tandem concludens: Nobis autem vnus est DEVS pater,
&c. Similis dicendi phrasis est illa Esaiæ: Ecce vos estis
ex nihilo, & opus vestrum, id est idola, ex eo, quod nō est.
Et illa item Hieremiæ: Confusus est omnis artifex in
sculptili, quia falsum est, quod conflauit, & non est Spiritus
in eo. Id est Spiritu diuino non viget, vt cæci idolola-
træ putabant.

Cap. 4.

Cap. 10.

Idolum igitur vanum Heerbrandus ex suo cerebro
fabricauit, cùm nugatur, idolum, de quo Apostolus illic
loquitur, esse cogitationem falsam de vero DEO, circa
cultum, quo sit afficiendus. Certè cùm idem Apostolus
scribit, Theſſalonicenses per Euangelium conuersos
fuisse ad DEVM à simulachris, seruire DEO viuo & vero;
manifestè declarat, illos è contrario priùs à DEO vero &
viuo auersos fuisse, & conuersos ad idola tanquã ad Deos
falsos & mortuos. Proinde cùm aliàs dicit, scimus, quia
nihil est idolum, nequaquam loquitur de vero DEO, vt
non est talis, qualis falsò cogitatur (sicut Heerbrandus
vult) sed de simulachro, vt est falsus DEVS, & nihil tale,
quale putatur, sicut nos exposuimus, & ipse quoq; Apo-
stolus ad Theſſalonicenses interpretatur.

1. Ad Theſſ.

Scio verò, non ineleganter ab Augustino cogitatio-
nes falsas de DEO, idola & Deos alienos, per tropū dictas
esse. Nam & hoc ipsum in priori mea disputatione ipse
retuli. Sed cùm de vera ac propria Idololatria agitur, in-
eptissimum est, rationem illius ex iis rebus velle petere,
quæ non nisi per tropum idola, vel Dij alieni dicuntur,

Quæst. 29. su-
per Iosue.

Sub finem.

F atque

atq; ad eò Idololatriæ verè scopus siue obiectum esse non possunt. Verùm, quid isti malitiosè agant, quando Idololatriam circa DEVM verum versari fingunt, paulò antè indicatum est.

DE FACILI QVADAM, ET CERTISSIMA REGVLA, QVAE EX VERA IDOLOLATRIÆ DEFINITIONE SVMI POTEST ad discernendum quouis in casu, vtrum Idololatria committatur necne.

CAPVT III.

DISPVLIMVS hætenus, scripturarum luce, tenebras, quas Heerbrãdus definitioni Idololatriæ à nobis traditæ tum falsa definitione sua, tum multiplici Scripturæ diuinæ deprauatione offundere conatus est; Proximum est, vt eam definitionem eiusq; partes exponamus, quò euidentiùs constet, Idololatriã à Catholica Ecclesia in nullo penitus admitti cultu. Quoniam igitur Idololatriam esse definiuimus, diuinum honorem creaturæ, vt *DEO*, adhibere omnino duo necesse est concurrant, vt Idololatria committatur: Vnum est, vt honor, qui vsurpatur, sit diuinus: Alterù, vt creaturæ ille tribuatur verè, sicut esset tribuendus DEO. Proinde vtroque istorum concurrente, vera Idololatria erit, alterutro vel vtroq; deficiente, non erit. Atque hanc quidem sententiam, cum perspicua & certa sit & ex verissima Idololatriæ definitione, hætenus diuinis literis confirmata, nascatur, meritò in altera disputatione dixi, & nunc etiam affirmauero, regulam esse ad Idololatriæ peccatum discernendum, aptissimam. Ita prorsus vt in illam verissimè cadat scripturarum illa commendatio, quam Heerbrandus hic perperam opposuit, tanquam

Ex duobus constare Idololatriæ peccatum.

Conc.4.

Conc.7. & 8.

tanquam non esset hæc nostra regula diuino verbo consentanea. Est multò maximè: nullum vt pronunciatum sit, in quod, hoc quidem tempore, veriùs oratio illa Apostoli conueniat. Quicumq; hanc regulam secuti fuerint, pax super illos; hoc est, (vt ad aduersarios sententiã hanc, accommodemus) quies atque vacatio ab iniquissimis & hostilibus maledictis in Ecclesiam Catholicam, quasi foueret illa scelus, quod maximè execratur, Idololatriæ.

Verùm erit certior atq; facilior eius regulæ vsus, si aperuerimus primùm, quid nã honor diuinus sit, & vnde discernendus. Deinde quisnam verè illum creaturæ tribuat, sicut esset tribuendus DEO. Nam etsi hæc Heerbrandum minimè intellecturum, verè (vt ipsemet in disputatione sua fatetur) antea diuinauerim, & nunc etiam mihi de illius acumine pollicear, spero tamen, non defuturos, qui rem planissimam intelligant.

Igitur, vt honor, generatim loquendo, testimonium excellentiæ est, quod scilicet continetur verbis aut factis, quæ de excellentia alicuius conuenientem illi opinionem gignant: sic honor diuinus, vt in priori quoq; disputatione dixi, erit, quicquid verborum aut officiorum omnino accommodatum est ad gignendam existimationem eiusmodi, quæ in diuinam maiestatem propriè conueniat.

Hoc non solùm ex verissima doctrina Philosophi, quam omnes sano iudicio præditi receperunt, sed etiam ex diuinis literis apparet, in quibus ideo glorificatio & honoratio DEI cum eiusdem laudatione, & amplissimarum eius virtutum enarratione passim cõiungitur, quia nimirum omnis honor & cultus DEO exhibitus eò pertinet, vt illius bonitas maiestasque mortalibus innotescat, & supremo loco habeatur. Atq; hæc causa est, cur ipse DEVS sacrificio laudis præcipuè se honorari significat; quia nimirum

Ad Galat. 6.

Conc.5.

Conc.5.

Quid honor diuinus.

Conc.6.

Lib.8. Ethic. c.8.

Vt Tob. 11. Eccl. 43. Isai. 24. Ezech. 39. Dani. 3. Agg. 1. Mat. 9. Luc. 2. & 23. Act. 11. ad Rom. 15. & apud Psalmistam passim. Psalm. 26. & 49. & aliàs.

accommodatiffimum illud est ad finem diuini honoris, nempe vt diuitiæ bonitatis DE I, hominibus notæ fiant; quod ipsum meta est atq; scopus omnium operum DE I mirabilem.

Ad Rom. 9.
Ad Ephes. 3.
Ad Phil. 1. etc.

Quæ doctrina, cùm in sacris libris passim obuia sit, prodit suam in scripturis infantiam, & simul in loquendo temeritatem Heerbrandus, qui interpretationem hanc nostram diuini honoris, impiam, profanam, & omnis Idololatriæ matrem esse dixit. Sed causam audiamus.

Conc. 29.
Conc. 30.

„ Honor enim diuinus, inquit, in Theologia vera non hominum opinione, testificatione, aut iudicio æstimandus
„ est, quoniam intellectus humanus in his quæ ad DE VM,
„ eius essentiam, voluntatem, honorem & cultum pertinent, planè est cæcus. Cuncta enim cordis cogitatio intenta est ad malum (quàm procul saltat extra chorum) &
„ animalis homo non percipit ea, quæ sunt DE I. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, sed euanuerunt in
„ cogitationibus suis & obscuratum est cor eorum insipientis.

Hoc ipsum ego planè de cogitationibus, Heerbrande, tuis & corde insipienti verissimè pronūciare possum. Vbinam habuisti oculos, vt non videres, honorem diuinum me non ad existimationem de DE O vanam, insipientium hominum, sed ad veram, certam, fidei consentaneam, & dignam DE O, tanquam ad scopum siue obiectum retulisse? An obscura fuerunt illa mea verba? Quic-

Conc. 6.

„ quid accommodatè gerimus ad excitandam opinionem (vocabulo hoc generatim pro existimatione sum vsus)
„ quæ in diuinam maiestatem propriè conueniat, id totum
„ hoc loco cultum honorémue diuinum censemus. Sanè vt verba hæc nequaquam obscura sed clara fuerunt, sic mihi, Heerbrande, videris obscuratum, vt dixi, habere cor,

cor, quòd illa non aduerteris, & insipiens, quòd tam crasse oppugnare ausus fueris, quæ non intelligis.

Est igitur (vt eò, vnde nos deduxit Heerbrandi ignorantia, redeamus) existimatio vera de DE I maiestate, quidam quasi foetus diuini honoris. Quo fit, vt interdù existimatio hæc à causa sua mutuetur vocabulum, & honor DE I nominetur. Quanquam propriè gloria DE I potius dicenda est; quod non ex scripturæ solùm^a phrasi colligitur, sed etiam ex ipsa ratione nominis apparet. Nam vt ^b D. Augustinus notauit, clarissimi latine lingue auctores defnierunt, gloriam esse frequentem de aliquo famam cum laude. Vnde & ^c Apostolus per antithesim opposuit ignobilitati gloriam: per gloriam, inquit, & ignobilitatem, &c. quòd ignobilitas existimatio de aliquo obscura sit, gloria verò opinio clara. Quare quòd asserimus, diuinum honorem conciliare DE O conuenientem existimationem, tantundem valet, ac si diceremus, eo ipso honore conciliari gloriam DE O. Atque hanc esse causam arbitramur, cur adhibere DE O cultum honoremq; munus sit proprium religionis, quæ virtus est, pro scopo atq; obiecto habens DE I gloriam. Loquor de gloria DE I propriè. Nam solet aliàs sæpe ipsa perfectio atque absolutio virtutum DE I, nominari ipsius gloria, quia nimirum existimationem atque adeò gloriam maximam iure sibi vendicat. Quæ proderit annotasse, ne varius horum vocabulorum vsus obscuritatem huic doctrinæ afferat.

a Vbi cunq; pro eodem accipitur glorificare Deū, siue dare gloriā Deo, & testificari ipsi bonitatē, vt Psal. 21. & 85. Tob. 11. Ioan. 9. Act. 1. 1. &c.
b Tract. 100. in Ioan. & lib. 83. qq. q. 31.
c 2. ad Cor. 6.

Vt ad Rom. 9. ad Ephes. 1. &c.

Iam officium aliquod ad honorem diuinum pertinere, hoc est, propriè accommodatum esse ad cõciliandam existimationem & gloriam DE O, aliqua ratione ex tribus discerni potest. Primò si suapte natura & cõditiõne adeò præclarum sit, vt quiuis, ratione ipsa naturali docente, iudicet, solum DE VM tali officio dignum esse, neque sine

Tres notæ ad discernendum vtrūne officii honoris aliquod sit propriè diuinum.
Prima nota.

peruerſitate illud ad creaturam honorandam conferri poſſe: Cuius generis eſſe, dixi in altera diſputatione, diuinum Miſſæ ſacrificium, in quo diuina perſona religioſè offertur (quod, qua ratione oppugnet Heerbrandus, ſuo loco videbimus) & illud item ſpirituale, quo mens ipſa deuouetur. Adde etiam omnis generis orationem, quæ laudes contineat, diuinitatis proprias.

Secundò, ſi communis conſuetudo & quaſi ius gentium aut alia lex accommodaret honoris aliquod officium DEO ſoli. Sic olim non ſolum diuina lege, ſed etiam communi populorum^a conſuetudine fiebat, vt nemini, præterquam DEO, ſacrificare fas eſſet. Quæ ſanè conſuetudo quatenus ſacrificia DEO, generali mentis conceptu apprehenſo, accommodabat, ne in ipſis quidem Ethnicis culpabilis erat, vt rectè D. Auguſtinus notauit, ſed vim potiùs legis habebat, ex qua genus id honoris fieret propriè diuinum. Quanquam, vt idem Auguſtinus ait, hoc Ethnicis præuè committebant, quòd ſacrificia exhibebat creaturis, hoc eſt, dæmoniis, ſicut Apoſtolus ait, quæ uerè non erant DEVS. Itaque ritus & conſuetudo illorum ex hac parte conſiderata, impia fuit. Sed cùm dicimus, ex conſuetudine, quaſi ex lege quadam, diuinum effici poſſe genus aliquod honoris; nequaquam vim aliquam conſuetudini attribuimus, qua parte mala eſt. Sicut neque ideo conſuetudines quaſcunq; approbare volumus: cùm nõ ignoremus, plurima vitia cõſuetudine praua ſolere confirmari. Tantùm hoc ponimus, ſicut hominũ diuerſæ conditionis honores conſuetudinibus, veluti quibusdam legibus, definiuntur, diſcernunturque; quod Auguſtinus alicubi approbat; ita diuini quoq; genus honoris diſcerni poſſe communi conſuetudine ea ratione conſiderata, qua nihil peruerſi contineat, vt antè explicatum

catum eſt. Quòd cùm planum atque expeditum ſit, toto cœlo aberrauit Heerbrandus, cùm huic doctrinæ putauit aduerſari patrum ſententias, quas ille contra prauas conſuetudines fruſtra, nihil repugnantibus nobis, collegit.

Accidit poſtremò, vt honor aliquis ſit diuinus, ob animi intentionem: Si is nimirum, qui officium honorificum uſurpat, uult de perſona, quã honorat, excitare exiſtimationem eiufmodi, quæ in ſolam DEI maiestatem conueniat. Nam vt ea intentione officium quaſi induitur, nefas eſt ad alium illud, præterquam ad DEVM honorandum, adhibere. Qua quidem ratione etiam illa honoris officia, quæ indifferenter & ad DEVM & ad creaturas referri ſolent, diuina fieri poſſunt.

Cùm ergo ex his tribus notis aliqua, vel aliquæ, aut etiam omnes illæ in officio honoris aliquo cernentur, tum id officium cenſebitur diuinus honor. Non dico, futurum eo ipſo, vt officium id omni ex parte rectum ſit & gratum DEO; Nam poſſet nihilominus ex aliqua circumſtantia praua reddi uitioſum. Neque enim dignitas officij, neque lex, aut conſuetudo communis, qua illud ſtabilitum ſit, neque bona intentio diuinæ gloriæ ſufficit, vt actio ſit, ſicut eſſe debet, omnibus numeris abſoluta. Illud igitur ſolum uolo, officium honoris aliqua ex his tribus conditionibus, aut etiam omnibus illis effici poſſe aptam materiam religionis erga DEVM, ac proinde diuinum; quod tamen, vt rectè prorsus uſurpetur, & DEO gratum ſit, circumſtantiis pluribus formandum ac perficiendum eſt, ſicut etiam materia uirtutum aliarum.

Studeat ergo Heerbrandus hoc intelligere, & ſi affectus fuerit, accuſet craſſam ignorantiam ſuã, quòd cùm

Conc. 31. & 88. & 89. & in ap-
pedice diſputa-
tionis ſuæ.

Tertia nota ad
diſcernendũ, qui
honor ſit diui-
nus.

Ad rectum Deſ
cultum non ſatis
eſſe, diuinũ ho-
norem uſurpare.

Secunda nota di-
uini honoris.

Exod. 22.
a Vide D. Aug. li.
10. de ciuitate
Dei. cap. 4.

Lib. 20. contra
Fauſtũ Manich.
cap. 18.
Eodem loco.

1. Ad. Cor. 10.
Qua ratione ritus
ſacrificandi gen-
tilium impius
fuerit.

Lib. 2. de doctri-
na chriſtiana, c.
25.

Conc. 33, 34. & 35. eas discernendi honoris diuini notas posuerim, iudicabit, docere me, omnem cultum ex quauis consuetudine aut bona intentione adhibitum, eo ipso legitimum esse, & DEO placere; proindeque nullum esse discrimen inter Christianorum, Turcarum, Iudeorum, & Gentilium institutum, modò omnes, se DEVM vnum colere, profiteantur. Hallucinatus est bonus vir in re non obscura.

Quidnā sit creaturæ diuinū honorem deferre vt Deo. NUNC, QVOD SE QVITVR, videamus, quis nimirum censendus sit diuinū honorem creaturæ tribuere, sicut DEO. Breuiter; Qui illam eiusmodi honore sic afficit, vt ex eo velit ipsi prouenire existimationem, quæ in diuinam maiestatem solam conueniat. Itaque voluntatis huius atque intentionis duplex est, diuersa ratione, munus. Nam & per se quoque honorem ipsum (etiam si alioqui indifferens esset) efficit diuinum, quatenus nefas est, illud tali intentione quasi vestitum ad creaturam referre, vt antè dictum est, & præterea tanquam manus est & vehiculum, quo is ipse honor, vel ad DEVM religiosè, vel ad creaturam, tanquam ad DEVM, impiè defertur.

Conc. 16. & 22. Hoc in disputatione priori mea Heerbrandus non probauit, vel, vt veriùs dicam, non intellexit. Itaque licet in hoc vel maximè controuersia cardo vertatur, ne tamè proderet infantiam suam, verbum nullum de fundamèto fecit, quo eam ego doctrinam firmaui in hunc ferè modum. Honorem alicui personæ tum verè impendimus, cū efficitur, vt sit suus, ea certa ratione, quæ in bonis etiam ille alicuius numerari, nec postremo loco solet: Est autem honor hoc ipso alicuius, quòd quantum ex se est, existimationem illi affert eam, quam potest iuxta genus proprium excitare: Proinde qui honorem alteri verè impendit, necesse est velit, illi ex honore accedere existimationem, honoris generi consentaneā: Consequenter

ter quando diuinum honorem DEO tribuimus, eam existimationem ad illum redundare volumus, quam diuinus honor ex suo genere parit, nempe diuinæ duntaxat maiestati congruentem. Cū ergo quis creaturam diuino honore sic affecerit, vt similiter velit, ad eam redundare hanc diuinam existimationem, tum illi, vt diximus, verè impendit diuinum honorem, sicut DEO.

Quærat Heerbrandus, vbinam hæc legerim in scriptura? Respondebo, vbicunque significatur, idololatrias, qui diuinum honorem creaturis dant, conuertere siue mutare gloriam Dei in illas, atque ad eò sic illis adhibere cultum, vt adhibere DEO deberet. His & similibus scripturæ locis, si modò cum iudicio & mediocri eruditione legantur, non alia subiecta sententia est, quàm quòd idololatræ ipso cultu existimationem diuinitatis propriam, vt docuimus, volunt creaturæ conciliare. Quod cū Heerbrandus negat, nimirum ostendit se Theologum esse non tantum simplicem, sed propè nullum, qui scilicet ignoret, quid cultus, quid honor sit, quid gloria DEI, quomodo in creaturam illa mutetur vel transferatur.

Consideret iterum, quæso, exemplum illud familiarè, quo, vt hæc explicarè, in priori disputatione sum vsus, & fortè docebitur. Qui in theatris personam sic agunt, vt coram actore altero diuini cultus cæremonias vsurpèt, eique tanquàm DEO supplicent, à nemine idololatræ iudicantur, cū constet, non illos eiusmodi actione velle opinionem DEI propriam, creaturæ conciliare, sed aliud agere, nempe vt decorum personæ seruent. Hoc igitur euidentis argumentum est, voluntatem eam aliquo modo requiri, vt diuini honores creaturæ sicut DEO tribuantur. Itaque si cæremoniam diuini cultus quamcunq̃ coram creatura quis exequatur; constet autem nequaquam

Locis supra citatis.

Conc. 25. Exemplum.

G

quam illum de illa exstimationem diuinitatis propriam commouere velle, hic quidem peccare alia ratione potest, verus tamē idololatra minimē cenferi debet. Quare? quia nō verē dat creaturæ diuinum honorem, siquidē nulla ratione vult, id quo ad creaturam potuisset is honor pertinere, nempe vt ad illam redundet exstimatio soli D E O conueniens.

Conc. 24.

Declarauī hoc item in priori disputatione mea altero exemplo, cuius lucem cum Heerbrandus obscurare non posset, siluit de illo profus, sicut etiam de eo, quod paulō antē ab his, qui personam agunt, petiui. Exemplum fuit huiusmodi: Quoniam is verus pecuniæ Dominus est, qui suo illā arbitrato licitē vsurpare potest, nemo alicui donat pecuniam, etiam si in manum illi eam imponat, nisi animo velit, ipsum pro arbitrio illa vti: Sic quoniam vt probatum est, honor censetur esse alicuius, quatenus ei exstimationem per se affert eam, quam iuxta genus suum afferre potest: Idcirco nisi quis aliqua ratione velit ex honore diuino diuinam exstimationem creaturæ prouenire, minimē diuinum honorem creaturæ attribuit, ac proinde non est idololatra.

Simile.

Sed animaduertendū hoc loco diligenter est, diuersis modis, sicut in priori disputatione monui, posse contingere, vt quis exstimationem Deo debitam conciliare velit creaturæ. Primū, expressa atque præsentī intentione; quæ summa peruersitas est. Deinde prioris duntaxat intentionis vi; quæ venerationem ipsam creaturæ externam antecederet, non etiam comitaretur. Tertio tacitē, vt ita dicam, atque implicitē. Quod fieret, si quis vel cupiditate, vel metu, vel cōsuetudine praua aut aliter occæcatus, generali quadam voluntate statueret, verē attribuere diuinum honorem creaturæ, etiam si nesciret

Quadrifariam posse cōtingere, vt quis diuino cultu velit excitare de creatura exstimationem quæ in solū Deū cadit.

ret ipse, aut certē non consideraret, diuinum honorem hoc ipso verē accedere creaturæ, quōd illi exstimationem D E O debitam conciliat. Adde etiam postremò, si de alicuius animo, cū diuinum cultum vsurpat, adeò non constaret, vt prudenter alij iudicare possent, illum creaturæ conciliare velle diuinam exstimationem. Is enim significationem quodammodo daret, creaturam esse diuina exstimatione dignam: quo ipso indirectē (sicut in scholis loquimur) vellet exstimationem eiusmodi de creatura commouere, atque adeò diuinum illi honorem quadantenus daret, tametsi non propriē. Cū autem euidentia in primis signa atque argumenta declarant, Catholicos nequaquam vllō cultu velle creaturæ diuinitatis opinionem conciliare, vt in altera disputatione ostendimus, & nunc etiam suo loco perspicuē confirmabimus, nemo, nisi stultus aut malitiosus, id illos velle iudicare poterit: Vt planissimum sit, eos neque hoc postremo modo minùs propriē, neque aliquo ex prioribus, idololatras esse.

Et verò, expressa intentione, non ferē tribuent creaturæ diuinum honorem nisi ij qui simul sint infideles, atque adeò creaturam insipienter D E I loco habeant. Quamquā tanta posset esse alicuius malitia, vt quod ipse de creatura non sentit, hoc tamen expressē velit ab aliis existimari. Sicut dæmon, quamuis intelligat, minimē se D E V M esse, vult peruersē tamen ab idololatris D E V S haberi.

Quinam solent idololatriam cōmittere expressa voluntate.

Tacita verò volūrate, tertio vel quarto modo ex supra dictis facilius fieri potest, vt etsi quis verū Deū agnoscat, & Idololatriæ superstitionē exploratam habeat, incautē tamen illā admittat. Nā & Apostolus idololatras damnat quosdā, qui cū Deum agnouissent, nō sicut Deum glorificauerunt, sed mutauerunt gloriā incorruptibili D E I

Qui tacita atq; implicita.

Ad Rom. 1.

in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & vo-
lucrum & quadrupedum, & serpentū, & coluerunt & ser-
uierunt creaturæ potius quàm creatori. Sic Seneca non
tam veri DE I ignorantia, quàm praua populi consue-
tudine in Idololatriã inductus fuisse videtur, vt illa eius-
dem apud Augustinum sententia, de Deorum religione,
declarat. Ita, inq̃t, adorabimus, vt meminerimus, huius-
modi cultum magis ad morem quàm ad rem pertinere.
Lactantius item Ciceronem his verbis carpit. Video te
terrena & manufacta venerari, vana esse intelligis, & ta-
men eadem facis, quæ faciunt ipsi quos tu stultissimos
confiteris. Similem cæcitatem notauit in Platonicis
Augustinus.

Lib. 6. de ciuit.
Dei c. 10.

Lib. 2. de origi-
ne erroris cap. 3.

Lib. 10. de ciui-
tate Dei c. 1.

Existimatio, soli
Deo cõueniens,
multiplex est.

Iam vt variis modis contingit, velle diuinam opinio-
nem facere creaturæ, atque ad eò dare illi diuinum hono-
rem, sic etiam latè patet hæc ipsa diuina opinio, quòd plu-
rima sint, quæ de DEO solo sentiri possunt. Quare, si eo-
rum aliquid in creaturam competere cultu protestaris,
Idololatriam admittes; etiam si alia pleraque vero DEO
tribuas. Sic Ethnici vel ob id idololatræ fuerunt, quòd
officiorum prouincias alias aliis creaturis adscribebant
vt Diis, qui supremam rerum prouidentiam inter se di-
uisam haberent. Quam superstitionem (quicquid tergi-
uerferetur Heerbrandus) coarguit sapiens, cum eorum no-
tat stultitiam, qui aut ignem, aut spiritum, aut citatum
aërem, aut gyrum stellarum, aut Solem & Lunam, recto-
res orbis terrarum, Deos putauerunt. Quorum vanita-
tem, quàm non (vt Heerbrandus ludit) imitentur Ca-
tholici, cum sanctorum patrociniò vtuntur, suo loco do-
cebimus.

Conc. 50.
Sapi. cap. 13.

Conc. 49. & de-
inceps. Item 93.
& seq.

Nunc ad propositum. Qui nullo modo ex antè dictis,
hoc est, qui neque expressè, neq; tacitè, vlla ratione vult
existi-

existimationem aliquã, DEO debitam, conciliare crea-
turæ, hunc dixi suprà verum idololatræ nō esse, tametsi
coram creatura diuinum cultum vsurpet. Atque eadem
vis est illius sententiæ, quam aliquoties in altera disputa-
tione repetiui: Si voluntas omnino absit (id est nulla ra-
tione ex dictis contingat) excitandi de creatura opinio-
nem diuinitatis propriam, posse quidem peccari aliter,
si exerceatur coram illa diuini cultus cæremonia, Idolol-
atriam tamen non admitti.

Conc. 24. &
26. &c.

Conc. 33. & 34.

Quod cum claris & rationibus & scripturæ testimo-
niis confirmauerimus, iudicet lector, vtrum non stoli-
dissimè scripserit Heerbrandus, stolidam hanc esse do-
ctrinam, putans ea ratione docere nos, quoscunq; cultus
esse legitimos, & DEO acceptos, modò ex bona profici-
scentur intentione. Non vidit acutus Theologus & in
Apostolica (vt ille ridiculè vocat) Academia Professor;
aliud esse, Idololatriam non admitti, si modis omnibus
volūtas desit excitandi de creatura diuinam opinionem;
quod nos diximus: aliud, eo ipso cultum rectè vsurpari, &
omnibus numeris absolutum esse; quod nunquam so-
mniauimus. Notissimū est enim ad actionem in omni ge-
nere perfectam, præter intentionem nō malam, circum-
stantias requiri plures, vt etiam suprà monui, cum hanc
ipsam Heerbrandi hallucinationem notarem.

Exposui, quidnam particulæ eius definitionis conti-
neant, quam ex diuinis literis Idololatriæ conuenire pro-
bauimus, hoc est, quid honor diuinus sit, quomodo di-
scernendus, quomodo item quamque variis modis crea-
turæ sicut DEO, attribuat; Vt difficile iam non sit, ad
diudicandum variis in cultibus de Idololatria, regulam
illam applicare, quam ex dicta definitione suprà defum-
psimus, nimirum Idololatriam committi, si & cultus qui

Summa totius
capitis.

vsurpatur, diuinus est, & creaturæ ille verè tribuitur, sicut DEO: Sin autem alterutrum horum vel vtrumque omit- titur, Idololatriam non committi. Nunc reliqua perfe- quamur.

*QVALE SIT, ET QVANTVM
IDOLOLATRIAE PECCATVM, ET QVAM
LATE PATEAT, ET QVIBVS MODIS OLIM AB ETHNICIS
admissum fuerit, iterumq; de eiusdem origine.*

CAPVT IIII.

Conc. 60.

IUDICAVIT Heerbrandus ad controuer- siam præsentem; vtrum videlicet Ecclesia committat Idololatriã, necne, omnino ni- hil attinere hæc, quæ hoc capite explicanda proponimus: sed fallitur, aut potius vult fallere. Nã quò magis perspicitur, qualem, quàm apertam, quàm exe- crandam impietatẽ Idololatria contineat, eò fit istorum calumnia prudentibus & cordatis hominibus detestabi- lior, & simul creditu difficilius, sanctam, & Catholicam Ecclesiam, in qua tot viri pietate doctrinaque præstan- tissimi omni tempore fuerunt, eo crimine contamina- tam esse. Agnoscere item, eorũ, qui veri idololatræ olim extiterunt, superstitiones à religionis Christianæ cultu maximè abhorrentes, quas Ecclesia damnat, & execra- tur, & propemodum iam ex orbe profligauit, non potest non conferre plurimum ad illius cognoscendam hac in causa innocentiam. Reperam igitur in gratiam lectoris ea, quæ breuiter à me, his de rebus, in altera disputatione dicta, Heerbrandus minimè oppugnauit.

Apparet ex suprã dictis, Idololatriam, cum super- stitionis species sit, è diametro cum religione pugnare, virtute

Idololatriæ vitiũ religioni esse cõ- trarium.

virtute omnium secundum Theologicas, præstantissima. Nam quam gloriam virtus hæc DEO vt creatori ac sum- mo Domino rerum omnium, vario tum interno, tum externo affert cultu, hanc illi Idololatria eripit, & impiè transfert ad creaturam. Est enim DEI gloria præclara il- la de ipso existimatio, quam Idololatria, vt diximus, per cultum impium creaturæ conciliat: Nam verissimè D. Augustinus definiuit, gloriam esse, frequetem de aliquo famam cum laude.

Li. 83. qq. 9. 3. 1.
& tract. 110. in
Ioan.

Porro scelus hoc Idololatriæ esse summum, diuinæ literæ declarant apertissimè. Nam & illud primo loco grauissimis verbis vetat diuina^a lex, seuera comminatio- ne adhibita, & ^b scriptores sacri in hoc vitio vituperan- do sunt verborum ac sententiarum pondere vehemen- tissimi. Denique illa in sacris literis summa est impie- tatis exaggeratio, si quod flagitium cum hoc compa- retur.

a Exod. 20.

Deuter. 5. &c.
b Psal. 105. Isai. 1.
& 44. Hier. 2.
& 16. Ezech. 6.
& 14. Osee 8.
Amos 2. Mich.
1. & alijs &c.

Vt 1. Reg. 15.

Sed & ipsa per se huius sceleris natura atque ratio, superiori capite à nobis exposita, insignem peruersita- tem ostendit. Qui enim creaturæ diuinum honorem im- pendit, is, quantum est in se, DEVM ex suæ maiestatis so- lio exturbat, creaturamque in eo collocat, cum fieri ne- queat, vt DEVS honorem suum (quem singularem oportet esse) retineat, si cū creatura ille communicetur. Hinc Dominus per Esaiam: Gloriam, inquit, meam alteri non dabo, & laudem meam sculpsitilibus.

Idololatriæ pra- uitas.

Cap. 42.

Nunc quoniam Idololatriæ ratio & grauitas satis est perspicua, de illius præterea variis generibus di- cendum est. Tria omnino in Idololatria considerare possumus: diuinum honorem, qui exhibetur; animum, quo exhibetur; creaturam, cui exhibetur. Ita ex tri- plici capite diuersa Idololatriæ genera oriri possunt,
Primo,

Quotuplex esse
possit Idolola-
tria.

Primò, ex diuersitate cultus diuini, qui vsurpatur: Secun-
dò ex diuersa dispositione animi eius, qui creaturam di-
uino cultu prosequitur: tertio ex diuersa cõditione crea-
turæ, quæ diuino cultu afficitur.

Etsi verò quæcunq̃ue differentia ex his capitibus or-
ta, materialis sit, ac proinde ad vnam speciem pertineat
omnis Idololatria; tamen quia eiuscemodi capita latè
patent, non inutiliter distinguuntur Idololatriæ modi,
qui ex illis diuersi proficiuntur. Ergo ex diuersitate ho-
noris diuini qui vsurpatur, tam varij Idololatriæ modi esse
possunt, quàm ratio ipsa diuini honoris potest esse varia.

Prima diuiso
Idololatriæ.

In commētariis
super 4. c. Lucae.

Quicquid enim religio DEO debet, hoc totum supersti-
tio impia dare potest creaturæ. Vnde & Beda rectissimè
dixit, Idololatrias nominari eos, qui vota, preces & sacri-
ficia, quæ vni DEO debentur, idolis impendunt.

Secunda diuiso,

Ex diuersa dispositione animi, eius, qui creaturam di-
uino honore prosequitur, duplex Idololatria distingui
solet: Interior vna, quæ aut ex infidelitate procedit,
qua putatur creatura esse DEVS, aut saltem committitur
directa voluntate adhibendi honorem diuinum crea-
turæ: Exterior altera, quæ non procedit ex eiusmodi infi-
delitate, voluntatèue directa.

Tertia diuiso;
quæ modos Ido-
latriæ cõtinet
ab Ethnicis o-
lim vñtatos.

Iam verò ex diuersa ratione creaturæ, cui exhibetur
honor diuinus, hæc Idololatriæ genera manarunt olim.

Quidam simulachra varia vel hominum vel pecudum
diuinis honoribus affecerunt, quæ credebant esse anima-
ta diuinis spiritibus, qui per se valerent & ad nocendum,
& ad consulendum multiplici ratione hominibus. Cum-
q̃ue ipsi eiusmodi idola per se conficerent, adeò ab er-
rore non dimouebantur, propterea, vt etiam hominis
potestatem admirarentur, stolidèq̃ue prædicarent, quòd
is diuinos spiritus cum corporibus colligare, proindeq̃ue
sibi

sibi fabricare Deos valeret. Ita dæmones, qui sese in illis
imaginibus colendos exhibebant, miseros artibus nefa-
riis ludificabātur. In qua superstitione Hermetem Tris-
megistum fuisse, D. Augustinus narrat.

Lib. 8. de ciuita-
te Dei, cap. 23.

Fuerunt alij, qui & ipsi imaginibus vtiebantur, sed ita
tamè, vt nõ ipsas secūdum se, sed creaturas alias, quas illæ
referebant, diuino cultu afficerent. Atq; hi fuerunt varij.
Nam quidam, ex quibus Varro, ad mundū ipsum vel ad
varias eiusdem partes accommodabant simulachra. Nã-
que censebant, DEVM mentem esse, quæ tanquam for-
ma vel anima mundo colligata, ipsum ratione ac sapien-
tia gubernaret. Itaque, vt homo etsi corpore quoque cõ-
stet, tamen sapiens dicitur, non ratione illius, sed ratione
animæ: sic illi mundum propter diuinam illam dunta-
xat animam ipsi cohærentem, censebant esse DEVM.

Teste D. Aug. li.
7. de ciuitate
Dei, ca. 6. & 16.

Ergo hi simulachrum Iouis ad mundum totū, Apol-
linis ad Solem, Dianæ ad Lunam, Vulcani ad ignem, Ne-
ptuni ad aquam, & sic alia ad alias mundi partes significā-
das referebant. Sic fiebat, vt creaturā pro Deo stultissimè
venerarentur. Nam quicquid est quæsi pars & forma sub-
stantiæ mundi (quod isti diuinam mentem putabant) id
totum creatura sit, est necesse. Maximè, quòd, vt^a Augu-
stinus sensit, quemadmodum ipse mundus in plures par-
tes diuisus est, sic illi diuinam eiusmodi mentem in plu-
res partes diuidebant; quæ partitio nisi in creaturam ca-
dere non potest.

Ita refert Aug.
ca. illo 16. lib. 7.
de ciuit.

^a Eodem. lib. 7.
cap. 6.

His adhuc fuerunt alij crassiores, qui simpliciter eos,
quos proditū^b est homines fuisse ferè flagitiosos, Satur-
num, Iouem &c. per ea simulachra, vt Deos, venerati
sunt. Quam vanitatem illi etiam qui ex Ethnicis fuere
sapientiores, perspexerunt. Nã & ideo M. Varro^c aiebat,
religionis hunc modum ad Theologiæ genus $\mu\upsilon\theta\iota\sigma\mu\delta\mu$, id
est

^b Vt videre est
apud Aug. lib. 8.
de ciuit. ca. 5. &
Lactantium lib.
1. de falsa relig.
c. 8. & deinceps.
^c Apud D. Aug.
lib. 6. de ciuit. ca.
5. & 6.

H

est

est, fabulosum, pertinere; cum tamen idem suam illam Theologiam quæ, ut memorauimus, mundum ipsum facit DEVM, naturalem ac physicam appellet.

Iam Platonici, etsi vnum esse verum ac summum Deum agnoscerent, aliis tamē præterea spiritualibus creaturis, quod Deo similiores essent, cultum diuinum tribuebant. In his, primum locum dabant substantiis separatis, quas illi Deos, nos Angelos nominamus: Secundum, cœlestium corporum animabus: Tertium dæmonibus, quos aërea quædam esse animalia, opinabantur: Postremum animabus hominum, quas pro vnus cuiusque meritis ad Societatem vel dæmonum, vel Deorum post mortem ascisci credebant.

Possemus his adiungere alios non dissimiles religionum errores, quibus, nostra memoria, tum in Oriente, tum in Occidente, per IESV CHRISTI gratiam, indies liberantur hi populi, qui Christiana sacra suscipiunt. Sed cum Euangelij luce, secundum certissimas Prophetarum prædictiones, Idololatriæ nox, magna sit iam ex parte depulsa, hæc ipsa fortasse, quæ de variis Idololatriæ generibus attigimus, nimis multa erunt. Nam quod hæretici etiam huius criminis Ecclesiam accusant, id verò quam stultè, vel impiè potius ac sceleratè, faciant, paulò post nullo negotio demonstrabimus.

Nunc de Idololatriæ origine breuissimè dicamus. Ea quidem ex parte ipsius hominis fuit partim affectus erga creaturas nimis, partim veri DEI ignorantia cum mentis quadam stupiditate coniuncta, ob quam facillè fieri potuit, ut specie ipsa creaturarum atque decore, tanquam muscipula, ut in libro Sapientiæ est, insipientium animi caperentur.

Acerbo luctu, inquit sapiens, dolens pater citò sibi rapti

rapti filij fecit imaginem, & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam DEVM colere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra & sacrificia: deinde interueniente tempore, cõualescente iniqua consuetudine, hic error, tanquam lex, custoditus est. Et infra: Hæc fuit vitæ humanæ deceptio, quoniam aut affectui, aut regibus seruientes homines, incommutabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt.

Ac alio rursus in loco: Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia DEI, & de ijs, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est; neque operibus attendentes, agnouerunt, quis esset artifex, sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aërem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut Solem & Lunam, rectores orbis terrarum Deos putauerunt. Quorum specie delectati Deos putauerunt, sciant, quanto iis Dominator eorum speciosior est.

Sed in primis malignitas dæmonis, huius impietatis origo fuit, qui mira calliditate, dum in simulachris vel per responsa vel per varia facinora cæcos mortales illudit, suam DEO gloriam eripere, sibi que eam vendicare est conatus. Quo factum, ut omnes Dii gentium tandem fuerint dæmonia. Etsi enim alij alias creaturas diuino honore afficiebant, cum ab his beneficia se accipere existimabant, tamen quia adorare quoque intendebant id, à quo re ipsa eiusmodi officia proueniebant, dæmonem etiam hoc ipso omnes venerabantur.

De initio porrò Idololatriæ, quod ad tempus ipsum attinet, longum esset dicere: Tractat ista diligenter Lactantius, qui & refert, Melissum Crentensium Regem colendorum Deorum omnino primum auctorem extitisse, hunc illis primò sacrificasse, ac ritus novos sacrorum que

H 2 pom-

Vide Platonem in Epinome & in Phædone & D. Aug. lib. 8. de ciuit. ca. 6. & 12. & lib. 10. cap. 1.

Esai. 2. & 19. Ezech. 30. Zach. 13. Sophonia. 2. Qua de re vide Aug. lib. de diuinatione demonum ca. 9. & lib. 1. de consensu Euangel. ca. 19. & lib. 8. de ciuit. ca. 23. vbi refert, Hermetem id præfensisse. Quæ fuerit origo idololatriæ.

Sap. 13.

Vide Lactantiū. lib. 2. de origine erroris. cap. 17.

Psal. 95.

Lib. 1. de falsa relig. cap. 22. & 23.

Sap. 14.

Ibidem.

Vide Isidorum
lib. 8. Etymolog.
c. 11. & Eusebium
in Chronicis,
circa annū mun-
di 3650. & Bero-
sum in vita Nini
Regis Babylo-
nia.

pompas introduxiffe. Idem Romanis, ait, eiusdē super-
stitionis Sabinum Regem auctorem fuisse. Apud Græ-
cos verò Prometheus primò simulachra de luto finxiffe
fertur: Item Cecrops Rex, cum primò bouem immola-
ret, Iouem inuocauisse. Ninus quoque, tertius Babilonię
Rex, dicitur primò templum & statuas erexiffe Belo pa-
renti. Sed de his quidem hætenus.

**CULTVM IN ECCLESIA
CATHOLICA SANCTE VSURPATVM, AB
IDOLOLATRIÆ RATIONE SUPERIVS TRADITA,
& confirmata Ethnicorum exemplo, longissimè abesse:**
*Quod primum in adoratione sacrosancta Eu-
charistiæ demonstratur.*

C A P V T V.

DISPVTATIONEM nostram initio, vt ad
Heerbrandi captum illam accommodare-
mus, hoc syllogismo conclusimus: Idolola-
tria est, diuinum honorem creaturę *confu-*
sicut DEO: Hoc autem non faciunt Catholici, cum sa-
crosanctam Eucharistiam, Sanctos, sacras imagines & re-
liquias venerantur: Nequaquam igitur sunt, vt hæretici
mentiuntur, idololatræ. Priorem ex his duabus propo-
sitionibus assumptis hætenus & probauimus & exposui-
mus, ac veterum idololatrarum exemplo, verissimam
Idololatriæ rationem continere, ostendimus. Superest,
vt deinceps posteriorem confirmemus. Quanquam hoc
quidem in priori disputatione nostra sic præstitimus, vt
cessisse propemodum in hac parte Heerbrandus videat-
tur. Tantū enim affert extra rem aliqua, & quędā item
repetit, ac multiplicat similia, quæ sunt à nobis antè iam
explicata. Ac

Ac primū animaduerti velim, cum quæritur, vtrum
Catholici aliquo in cultu diuinum honorem creaturæ,
sicut DEO, tribuant, factum quidem vnum extra contro-
trouersiam poni, & de facto altero disceptari. Nam con-
uenit inter aduersarios & nos, Ecclesiam eo genere cul-
tus ac cæremoniæ solere vti, quod omnium patet oculis.
Quo posito, de altero facto controuersia est, videlicet
num Ecclesia genus id cultus per se conspicuum, ea ra-
tione atque animo vsurpet, vt simul diuinus honores ad
creaturam, tanquā ad DEVM, verè transferat. Vt, si cum
euidenter constat, aliquem ab altero pecuniæ summam
v.g. accepisse, quærat de facto rursus, quam ratione
acceperit, inuitōne altero, an lubenti?

Quapropter meminerit, quæso, Lector, controuer-
siam eam, quę nunc expedienda restat, vtrum scilicet Ca-
tholici creaturæ sicut DEO diuinus honores deferant,
propriè quidem versari in facto; quod verè an falsò Ca-
tholicis imputetur, Scripturæ sacre testimonio minimè
definiri queat. Possumus sanè ex diuinis literis docere,
quid sit Idololatria, nimirum (vt probauimus) diuinum
honorem creaturæ, sicut DEO, tribuere: Item diuinum
honorem esse, quidquid accommodatè geritur ad exci-
tandam opinionem soli DEO congruentem: & denique
eos creaturis sicut DEO tribuere huiusmodi honorem,
quibus aliqua ratione in animo est, conciliare creaturæ
existimationem diuinitatis propriā. Sed vtrum id ipsum
Catholici aut alij faciant necne, non magis ex diuina
Scriptura determinari potest, quàm, vtrum is furtum vel
homicidium v.g. patrauerit, necne, qui furti aut homici-
dij accusatur. Itaq; mirabiliter ineptus est Heerbrandus,
cum vitio mihi vertit, quòd scripturæ auctoritate nō eui-
cerim, Catholicos nullo in cultu diuinū honorē creaturę

Disceptationem
facti esse eā, qua
quæritur, vtrum
Catholici adhi-
beant diuinum
cultum creatu-
ris, necne. Pro-
inde nō satis so-
brīe Heerbran-
dū requirere hoc
loco scripturas.

Conc. 3. & alijs. sicut DEO deferre, atq; adeò Idololatriam illos minimè committere. Credo paulatim isti scripturas introducent in forù, vt quod ad facti quoq; inficiationē vel probationē attinet, vice testiū sint. Quo nihil fingi potest absurdius.

Catholicos nullo cultu adhibere diuinos honores creaturæ, vt Deo. Velint ergo nolint aduersarij, de calumnia cōuincuntur, ea Catholicorum innocētix probatione, quæ ex ipsa ratiōe facti peti potest, hoc modo; Diuinos honores creature, sicut DEO, illi habent, qui de ipsa excitare opinionē DEO soli congruentem aliqua ratione volunt, vt est antè demonstratum: hoc nequaquam volunt Catholici, cùm sacrosanctam Eucharistiam, Sanctos, sacras imagines & reliquias colūt: rectè igitur assumptum est, illos minimè honorem diuinū aliquo istorū cultu, tribuere creaturæ, sicut DEO, proindeq; ab Idololatria longissimè abesse.

Hoc vt doceamus, aperienda sigillatimq; ordine est ratio, quam in vnoquoq; cultu istorum seruat Catholica Ecclesia. In adoranda Eucharistia diuinum quidem illa vsurpat honorem, sed per illum non de substantia panis, (quam, peracta cōsecratione, minimè permanere agnoscit) non de ipsis accidentib⁹, non de aliqua omnino creatura; sed de Christo Deo ac Domino nostro, qui sub panis accidētibus admirabili modo continetur, existimationem vult diuinā excitare. Itaq; diuinum honorē non ad creaturā idololatricè, sed ad Deum, nempe Christum religiosè refert. Quæ res cū in facto consistat, abundè publica atq; assidua Ecclesiæ protestatione probatur.

Cap 3. Atque hæc breuiter summa est eorum, quæ pluribus in priore disputatione docuimus, vt adorationē Eucharistiæ ab Idololatria vendicemus. Vbi primū carpit Heerbrandus, quòd CHRISTVM DEVM ac Dominum nostrū in hoc sanctissimo Sacramēto contineri dixerim, non facta mentione humanitatis illius. Videtur, inquit, Hispanus Nestorizare, dum CHRISTVM DEVM passim adesse

adesse dicit, separans ac diuidens naturas. Mihi verò videtur Heerbrādus potiùs magna laborauisse penuria argumentorum, quæ hoc loco obiiceret, quando quidē ad tam frigidam, tam puerilem cauillationem sese demisit. Propositum eo loco mihi erat ostēdere, latriæ cultum sacrosanctæ Eucharistiæ adhibitum, cū ad verum DEVM referatur, Idololatriā nō esse. Hoc vt probarē, necessariò mihi diuinitas CHRISTI Domini commemoranda fuit, (quod tamen vix feci sepius, quā semel) humanitatis item mentionē in eiusmodi controuersia facere nō attinebat. Quid igitur? nū illā ideo à diuinitate distraxi, vel inficiatus sum, quoniam de illa tacui? Quoties in scriptura Christus dicitur Deus, humanitate^a tacita? Nestorizare, inquit, videtur Hispanus. Credo veriùs visum Heerbrādo vocabulū ad conuitiandū aptū, & ideo ita illum lusisse, tametsi rem subiectā minimè teneret. Nestorij namq; hæresis vt ex actis Concilij Ephesini constat nō fuit, Christū, Mariæ filium, esse verum DEVM, quod ego dixi, sed potiùs esse purum hominem, aliamq; personam à filio DEI æterno.

Fatetur præterea Heerbrādus in Eucharistia CHRISTVM adorandum esse, tametsi (quod alioqui vrgere isti solent) non ideo præcipuè in Sacramento ille sese sistat. Ceterum Idololatriam esse ait, Eucharistiam quoq; adorari, quoniā sit creatura. Dissimulauit videlicet, aut non intellexit, quod in disputatione mea ex doctrina Cōcilij Tridentini annotaui, Catholicos Eucharistiam adorare, id ipsum esse, CHRISTVM sub speciebus latentē adorare. Nam ob admirabilē coniunctionē CHRISTI cū iis accidētibus fit, vt cuius venerationis ille, in sanctissimo Sacramento existens, terminus p se ac veluti scopus est, eiisdē etiā ipsa accidentia terminus esse quadā ratione cōseantur: nō quidem per se, quasi illis item, vt Christo, veneratione cōcilietur diuina existimatio, sed per accidēs, vt loquuntur,

a Matt. 16. Ioan. 11. & 20. Marci 1. ad Rom. 9. ad Gal. 1. Ioan. vi. & alijs. Heerbrandus qualisnam fuerit Nestorij error ignorauit.

Conc. 63.

Conc. 69.

Conc. 65.

Sess. 13 cap. 5. & can. 13.

Qua ratiōe adoratio latriæ pertinere dicatur etiā ad ipsas species sacramentalis.

quintur, eo ipso videlicet, quòd sunt aliquid CHRISTI, vt in Sacramento quidem existit. Itaque vt hominem album, vestitum &c. venerari dicimur, tametsi honorem ad solum hominem per se referamus, ad vestes autem & albedinem nõ nisi per accidens, vt sunt aliquid illius: Sic verissimè censetur Eucharistiæ exhibere latræ, quãuis illam per se non ad species sed ad CHRISTVM, speciebus contentum, dirigamus, ad species autem ipsas per accidens, ratione iam dicta.

Conc. 67. & 69. &c.

Distrahit igitur Heerbrandus res coniunctissimas, cum toties, absque vlla probatione, separat adorationem CHRISTI, vt existit in Eucharistia, ab adoratione Eucharistiæ, vt continet CHRISTVM. Nam idem adorationis modus pertinet ad vtrumque, tametsi diuersa ratione, vt est expositum. Quod quidem Concilij Tridentini Patres non obscure indicauerunt, cum pro eodem accipiunt, CHRISTVM Dominum in sancto Eucharistiæ Sacramento adorari^a cultu latræ, & latræ cultum, qui DEO debetur, huic sanctissimo Sacramento^b in veneratione exhiberi.

^a Canone. 13. Sess. 13.
^b Cap. 5.

Con. 66. & 68.

Quarè quòd in auctoritatibus aliquorum patrum à me pro adoratione Eucharistiæ citatis, Heerbrandus excipit, illos non dicere, adorandam esse Eucharistiam, sed CHRISTVM in Eucharistia, omnino nihil obstat, cum tantundem vtrumque valeat. Neque ego ex Augustino citavi illa verba: Adorauerunt Eucharistiam & manducauerunt, vt Heerbrandus fingit, cum ait, me ideo Augustini locum deprauare. Tantummodo locum ipsum, prætermisissis Augustini verbis, indicaui. Ex quo, & aliis etiam, luce clarius est, Augustini sententia, Eucharistiam, vt CHRISTVM continet, adorandam esse. Quod^b & alij patres docent. Neque

Epistola. 120 ad Honoratum, & in Psal. 21. enarratione. 1.
Conc. 68. & 69.

Conc. 54.
^a In Psal. 48. enarr. 1. & in Psal. 98.
^b Ambr. li 3. de Spiritu Sancto. ca. 12. Gregorius Nazian. in oratione de laudibus Gorgoniæ Sororis, Cyrillus Hierosolymitanus ca. rech. Mystagoga. 5. Chrysoft. Homilia 24. in 1. epist. ad cor. &c.

Neque eadem ratio suppetit, vt res aliæ, in quibus DEVS est, aut peculiariter etiã operatur, adorentur; sicut Heerbrandus^c argutatur. In Eucharistia siquidem, modo prorsus admirabili accidentibus panis & vini subest CHRISTVS. Et licet non hæc illi tanquam subiecto inhæreant, aut hypostaticè coniungantur, quia tamen ad illũ certa quadam & peculiari ratione pertinent, Eucharistia simpliciter adoratur, cum adoratur in illa Christus.

Con. 70. & 79.

Verum enimvero difficile non est, animaduertere, quid agant isti, quando ita studiosè negant, Eucharistiam esse adorandam. Nolunt venerationem etiam externam CHRISTO Domino in Eucharistia exhibere. Quod dogma facilius se retinere posse arbitrantur, si inficiuntur, Eucharistiam, quæ externa res est, venerandam esse. Ita Heerbrandus, quod antea simpliciter confitetur, CHRISTVM Dominum in Eucharistia adorandum esse, postea obiter, tanquam puderet eum tam vani dogmatis, declarat, faciendum esse eo modo, quo DEVS præcipit, nempe in Spiritu & veritate (id est, vt isti deprauare solent) interiori duntaxat adoratione.

Conc. 63.

Conc. 79.

Ioann. 4.

Sunt illi hac in parte inhumani, neque intelligunt, quod à D. Ioanne Damasceno præclare notatum est, quoniam ex natura duplici constamus, spiritali & corporea, duplicem quoque nos adorationem debere DEO, atque adeo etiam Christo seruatori nostro, interiorem vnã, alteram externam, quæ ab interiori proficiscatur. Vtramque adorationem cum adhibemus, tunc demum perfectè elucet in veneratione humanitas. Tunc verissimè in spiritu adoramus & veritate, quæ in confessione quoque operis externi, cum interna mentis deuotione cernatur. Ideo DEVS tametsi purissimus Spiritus atque inuisibilis sit, non solo tamen Spiritus nostri^a Sa-

Lib. 4. fidei orthodoxæ ca. 13.

^a Psal. 50.

I

crificio

2 Ose, 14. sacrificio, sed^a vitulis etiã labiorum, hoc est, sacrificio laudis & orationis delectatur, et varia item religionis cæremonia, qualis sine controuersia in Sacramentorum vsu adhibenda est. Nã etsi genere hoc ille minimè indigeat, sicut nec interna ueneratione, è re nostra est tamen, vt ea ratione quæ secundùm humanitatis naturam inprimis est, DEO obsequamur, augeamusq; , vt sit, spiritus deuotionem. Ergo Heerbrandus, non modò pertinax est & imperitus, cum CHRIS TV M dominum in Eucharistia adorandum esse fateatur, Eucharistiam, quod erat consequenter concedendum, adorandam esse negat, sed etiã agrestis & inhumanus, quòd adorationis internæ, quam ait se adhibere CHRISTO, nolit dare significationem.

Sed argumentatur præterea hic panista.^b Pontificij docent Eucharistiam latria esse adorandam: sed in hac panis est & manet: consequens ergo est, ipsos idololatrias & artolatrias esse. Primùm ne si CHRIS TV S quidem in Eucharistia impanatus esset, vt pistores isti volũt, sequeretur necessariò panilatrias vel artolatrias esse, qui Eucharistiam, hoc est, CHRISTVM in pane adorarent. Nisi uerò etiam ridiculè Heerbrandus uestilatrias quoq; illos omnes facere, qui CHRISTVM uestitum adorauerunt. Deinde substantiam panis, peracta consecratione, restare, merum est istorum brotistarum siue panistarũ commetum: quod non modò cum concordia^c patrum sententia, sed etiã cum^d Scriptura ipsa, atque ad eò cum CHRISTI uerbis pugnat; ex quibus aperte constat, non aliam ipsum Apostolis substantiam quàm corporis sui in cœna præbuisse. Accipite, inquit, & comedite; Quid? Hoc (substantiam totam, quam manibus tenebat, demonstrat) est corpus meum. Et^e alibi, Panis, inquit, quem ego dabo, Caro mea est, pro mundi uita.

Verùm

Verùm non attinet obiter perstringere omnia, quæ ad eam controuersiam spectant. Videamus solùm qua ratione nitatur^a Heerbrandus CHRIS TV M impanare. Apostolus,^b inquit, Eucharistiam panem uocat. Sæpe iam est & rectè à Doctoribus Catholicis responsum, in Scriptura interdum eius rei uocabulo nominari aliquid, cuius^c similitudinem refert, aut efficiendi uirtutè^d imitatur, aut etiam ex qua^e confectum est. Itaq; Eucharistia panis dicitur, quia panis uidetur, quia ut panis reficit, quia ex pane confecta est.

^f Urget deinde uerba Irenæi^g qui Eucharistiam ex duabus rebus constare dicit, terrena & cœlesti. Nos cum (terrena res) uocabulum commune sit accidentis & substantiæ, rectè terrenam rem accidentia panis interpretamur, quæ vnà cum substantia panis ex terrestri materia sunt facta. Quæ responsio cum ab Heerbrando refutari non potuerit, abunde sufficit. Nam quòd admonet^h ne Calvinizem, similiter rem cœlestem interpretando non corpus CHRISTI, sed accidens corpori CHRISTI, facit perridiculè. Quid enim obstat, quo minùs, res, cõmune uocabulũ, acõmodetur eo loco & ad accidentia panis & ad substantiam ipsam corporis CHRISTI significandam?

Profert quoq; Gelasij testimoniũ huiusmodi: Sacramenta quæ sumimus corporis & sanguinis Christi, diuina res est: propter quod & per eadẽ efficimur diuinæ cõsonsortes naturæ: & tamen non desinit substantia uel natura panis & uini. Fertur Gelasius quinq; libros cõtra Nestoriũ & Euthichẽ scripsisse, neq; inter illius opera libellus ille ex quo hoc testimoniũ desumptũ est, numerari solet. Itaq; nõ leuiter quidã suspiciãtur fragmẽtũ illud Calvinistarũ etiã opa Tiguri recusum, Gelasij nõ esse; sed cuiusdã potiùs Gennadij, Massiliensis Ecclesię presbyteri q̄ fertur scripsisse etiã cõtra Eutichen, & sepe aliàs errauit.

Cur externa ueneratione adhibenda.

b Con. 73. & deinceps, præsertim, con. 78.

c Cypria, in sermone de cœna Dñi Aug. serm. 28, de uerbis Domini & lib. sententiarum Prospero ex eodem. Ambr. lib. 4. de sacram. ca. 4. & li. de his qui iniantur mysteriis cap. 9.

d Hiero. in 14. ca. Marci, & Greg. 4. dialog. cap. 58.

e Anselmus in cõmẽt. super. 1. ad cor. 11. Isidorus lib. 1. de ecclesiasticis officiis ca. 18. Beda in li. de mysteriis missæ Bernar. in serm. de cœna D. Basilii in li. de ritu missæ. Greg. Nisenus in lib. de mystica uita Moysi. Cyrillus Hierosol. in catech. mystag. 4. Chrysost. in serm. de encœniis. &c.

f d Matth 27. Marci. 14. Luc. 22. e Ioan. 6.

a Conc. 73.

b 1. Ad Cor. 11.

c Gen. 18. Exod. 25. & 37. & nu. 7. & 3. reg. 7.

d Quidquid reficit, dicitur panis, ut ps. 77. Unde comedere panem in scriptura generatim accipitur pro esu etiam aliorum ciborum ut Gen. 31. & 37. Exod. 20. Rhut. 2. 1. Reg. 20. & 28. 2 Reg. 12. 3. Reg. 21. Eccels. 9. etc.

e Gen. 2. Eua dicitur os, &c. 3. Adam. puluis & Exod. 7. serpentes magorum, Virgæ.

f Conc. 74.

g Lib. 4. ca. 34.

h Conc. 74.

i Conc. 75.

vide Platina, & Tritemium.

Quamquam nec defunt qui testimonium adductum, cuiuscunq; tandem illud sit, ita exponant, vt non sit sensus, substantiam vel naturam panis, peracta consecratione, secundum essentiam permanere, sed secundum virtutem atque efficaciam reficiendi, vel certè secundum substantiæ genus, quod in corpore CHRISTI itidem reperitur. Sicut illud etiam Ambrosianum exponi solet: Si tanta vis est in sermone Domini IESU, vt inciperet esse, quod non erat, quanto magis operatorius est, vt sint, quæ erant, & in aliud conuertantur. Qui tamen disertè nihilominus docet, efficacia verborum CHRISTI, naturæ institutum (vt ille loquitur) mutari, atque aded panem minimè superesse. Quòd si maximè Gelasius tanquam doctòr aliquis, nihil vt Pontifex determinans, & vnus item aut alter ex patribus hac in re lapsus errore fuisset, habemus certè pro veritate transubstantiationis nubem aliorum testiù, vt magna sit Heerbrandi temeritas, quòd auctoritate patrum, quam solet alioqui flocci facere, nobiscum audeat decertare.

Quamquam non miror, eundem esse temerarium, qui sit etiam insanus. Sic enim Cyrillus Alexandrinus appellauit eos, quorum sequitur Heerbrandus hæresim, cum contendit, Eucharistiam citra vsum non consistere, nec in illa CHRISTVM adesse. Nunquam verò ex Scriptura aut Ecclesiastica traditione isti probabunt, consecrandi virtutem ea lege diuinis CHRISTI verbis inesse, vt in Eucharistia ille non sit, nisi cum sumitur, aut nisi illico sumatur. Nam quòd CHRISTVS Dominus dixit: Accipite^a & comedite, hoc facite^b in meam commemorationem, declarat, quid tunc factum sit, nimirum idem, quod nunc etiam in Ecclesia sæpe fieri solet, cum post consecrationem nõ à sacerdote solùm, sed ab aliis etiam sumitur

sumitur Eucharistia. Item docet Dominus in sui memoriam id esse faciendum, quotiescunq; fit, sicut Apostolus apertius exponit. Sed quid hæc ad legem illam, quam isti sine verbo villo DEI, verbis CHRISTI præscribunt, ne scilicet vim consecrandi habeant, nisi statim vsus consequatur. Vbinam CHRISTVS hoc dixit? At ille non nisi ad vsum præsentem consecrauit. Quid tum? Ideòne conditionem apposuit, vt non aliter consecratio esset efficax? Colligant pari ratione, necesse esse, vt agnus quoque Paschalis ante consecrationem edatur: Item vt non nisi nocte in cœna mysterium hoc peragatur, &c. quia CHRISTVS Dominus non nisi istis circumstantiis consecrauit. Ista sunt scilicet aperta illa & plana scripturarum testimonia, quibus importuni scripturatores isti nugantur, se sua dogmata confirmare. At repositio ista vel custodia Eucharistiæ (inquit Heerbrandus) in Ecclesia primitiua vsitata non fuit. Perspicuum mendacium; cum Clemens primus inter alias constitutiones Apostolicas referat vnã, quæ sic habet: Postquam omnes communicauerint, inferant diaconi reliquias, quæ supersunt, in pastophorion, id est, in tabernaculum, vt nunc vocant.

Sed & in decretis eodem loco, quem Heerbrandus citat, hæc eiusdem Clementis sententia refertur: Tribus gradibus commissa sunt sacramenta diuinorum secretorum, id est, presbytero, & diacono & ministro, qui cum timore & tremore clericorum, reliquias corporis Domini custodire fragmentorum debent. Quare quod ex eodem ibidem refertur, vt tanta in altaria holocausta offerantur, quanta populo sufficere debent, quod si remanserint, in crastinum non referuentur, sed cum timore & tremore clericorum & diligentia consumantur: non potest habere eum sensum, quem isti volunt, nempe extra

I 3 vsuin

Li. 4. de Sacram. cap. 4.

Ibidem, & ca. 5. & li. 6. de Sacramentis c. 1.

In epistola ad Galatryium.

Christum D. in vsu tantu Eucharistie, presentem adesse, probari non posse.

a Matth. 27. b Luc. 22.

1. ad Cor. 11.

Conc. 83.

Lib. 8. de constitutionibus Apostolicis.

Et ex Conc. Ancirano. c. 6. & Nicen.

1. Cã. 12. colligitur, cõsuetudinẽ afferuãdi Eucharistiã pro infirmis esse antiquissimam.

Quod vt diligenter fiat, etã statuitur in Conc. Later.

sub Inno. 3. et Aurelianensi & aliis.

Conc. 83.

De consecrat. d. 2. can. trib.

vsus non manere in Eucharistia corpus Domini; sed (quod tunc fortè sic expediebat) cauetur, vt in glossa notatur, ne in crastinum, ad vsus certè communicandi populi, referuarentur hostiæ consecratæ, quando non esset ob aliam causam necesse illas ipsas referuare. Atq; eòdem

Conc. 84. & 85.

pertinent Origenis & Hysichij testimonia ab Heerbrando citata.

Conc. 22. & 23. & 81.

Quòd verò contendit præterea Heerbrandus, Idololatriam esse, sacrosanctam Eucharistiam ad sacrificandi etiam vsus conuertere, eandem impietatem & crassissimam hominis ignorantiam redolet. Nihil enim minus ea ratione fit, quàm vt diuinus honor creaturæ deferatur; siquidem ad verum DEVM hoc quicquid est cultus pertinet. Neque verò alia ex parte illegitimum cense-ri potest hoc officij genus, cum vniuersa Ecclesia Catholica, illis CHRISTI verbis, hoc facite in meam com-

Lucæ 22.

memorationem, semper intellexerit, potestatem sacerdotibus noui Testamenti factam esse, offerendi sanctam Eucharistiam, sacrificium & hostiam DEO acceptissimam. Quem cultum (quoniam alterius loci est disputatio hæc) vno tantùm Esaiæ testimonio nunc asseremus, quo simul sacrosanctam Eucharistiam extra vsus confitere liquidò confirmatur.

Vt videre est de consecratione d. 1. & 2. per plures canones, ex Cõciliis & summis pontificibus & patribus desumptos.

Isai. cap. 56. Lib. 5. commen. in eundem prophetam.

Is igitur de hostiis ac sacrificiis noui Testamenti, vt exponit Cyrillus Alexandrinus, in hunc modum vaticinatur: Et filios aduenæ, id est, gentes, qui adhærent Domino, vt colant eum & diligant nomen eius, vt sint illi in feruos; omnem custodientem Sabbathum, ne polluat illud & tenentem fœdus meum, adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis mee, holocausta eorum & victimæ eorum, placebunt mihi super altari meo, quia domus mea, domus orationis vocabitur

bitur cunctis populis, ait Dominus DEVS, qui congregat dispersiones Israël, adhuc congregabo ad eum congregatos eius: omnes bestię agri venite ad deuorandum, vniuersæ bestię saltus.

Cum Propheta hoc loco de domo materiali DEI, hoc est, de templo pronunciet (vt CHRISTVS hunc locum citans interpretatur) consequitur de hostiis illum, non spiritualibus modò, verùm etiam sensibilibus, hoc est, de Eucharistia variis in locis (secudum prædictionem Malachiæ) in altari quoque materiali oblata, vaticinari. Vnde & bestias agri, hoc est, gentes prauis moribus prius extra Ecclesiam efferatas, ad comedendum inuitat. Sicut etiam apertius 70. interpretes verterunt, omnes bestię agrestes venite comedite, omnes bestię syluæ. Quare, frendeant licet VViclephistæ & Lutherani, legitimus in Ecclesia cultus est, Eucharistiam nõ ad sumendi solùm, sed etiam ad sacrificandi vsus conferre, atque ad eò ad propitium reddendum DEVM.

Matth. 21.

Malach. 1.

Quòd autem postremò Heerbrandus ait, verba, quibus Ecclesia Catholica ad consecrandum vtitur, incantationem magicam continere, quoniam particula, enim, Euangelicis verbis sit addita, & peculiari quadam anhelitus respiratione, vt ipse fingit, & mussitando sint ea verba pronuntianda, meræ nugæ sunt, quæ apud homines mediocriter cordatos nulla confutatione indigent. Sed neque hoc loco necesse est de mysteriis litigare, quæ Gabriel in quinario numero verborum consecrationis, non quidem necessariò, sed tamen non malè inquit; constat enim placuisse quoque sanctis Patribus^a studium id animaduertendi rationes ac mysteria numerorum. Quare nõ debuit Heerbrandus Gabrielem, virum egregiè doctum ac pium, & popularem suum, eo nomine irridere.

Conc. 90.

Super can. Missæ lecti. 38.

a Hiero. in c. 11. 30. & 40. Ezech. & alias passim. Aug. tract. 17. in Ioã. & q. 2. super numeros, & alias. Ambr. li. de Noë & Arca c. 12. & li. 2. de Abraham c. 9. & c. Greg. li. 1. in Iob. cap. 12. 8. alias.

VENE-

b Conc. 91.

VENERATIONEM SAN-
CTORVM NIHIL PENITVS HABERE
CVM IDOLOLATRIA COMMVNE.

CAPVT VI.

ANCTIS adeò non deferunt Catholicì diuino honores, sicut DEO, vt ne honor quidē, quem in eorum veneratione vsurpant, sit diuinus, sed à diuina potiùs maiestate maxime alienus. Quod vt in priori disputatione nostra doceremus, huiusmodi partitione vsi sumus: Sanctos omnino veneramur, cum aut ab his, vt apud Dominum nobis suffragentur, petimus; aut ipsum etiam DEVM oramus, vt illorum meritis adductus, nobis, quod optamus, imperiat; aut in illorum memoriam templa extruimus, vel sacra facimus, vel statis diebus feriamur, quidpiamue illis promittimus; aut illorum sanctimoniam admiramur vel prædicamus, vel etiam officiis aliquibus testamur, vt genuflectendo, vt percutiendo pectore, aliisque huius generis actionibus externis.

Quæ si expendantur singula, nihil minùs, quàm honoris diuini ratio, in illis reperietur. Nã quòd Diuorum tum intercessione, tum meritis apud communem illorum & nostrum Dominum adiuuari volumus, apertè protestamur potiùs, illos creaturas esse, quæ superiorem habeant DEVM, quem pro nobis exorent, apud quem mereantur. Quæ officia tam aliena sunt à DEI maiestate, atque adeò à ratione diuini honoris, quo illius dignitas & perfectio aptè innotescat, quàm alienum à DEO est, vt habeat aliquem se superiorem. Prorsus vt stultitia maxima sit, vel ex hoc vno non euidenter deprehendere, Idololatriam ab hoc toto genere procul abesse.

Iam

Iam templa ipsa, & sacra, & ferias, quatenus hæc per se in diuinis honoribus recensentur, ad DEVM tantummodo Catholici referunt; ad Sanctos verò non templa, non sacrificia, non ferias, sed in templis, sacrificiis, & feriis, peculiarem memoriam, ac reuerentiam ipsis congruentem. Ita cultus hic earatione Sanctis adhibitus, nequaquam diuinus est. Nam in templis, sacrificiis & feriis creatura quoque affici potest honore, ab illa non alieno.

Pari modo vota siue promissiones quæ Sanctis fieri dicuntur, quatenus ad religionem cultumque diuinum pertinent, nequaquam directò referuntur ad ipsos Sanctos, sed hoc honoris tantum ipsis Catholici tribuunt, cum vouere illis dicuntur, quòd illorum amore reuerentiaque inducti DEO vouent, tanquam sit illis etiam hoc ipsum DEI obsequium, propter amorem, quo cum DEO sunt coniunctissimi, placiturum. Item quasi testes eos faciunt deuotionis suæ, eorumque veluti auspiciis & intercessionem freti, constituunt adimplere, quòd DEO promittunt.

Quòd si maximè quispiam ipsis etiam Diuis promittat, exequuturum se virtutis aliquod officium, ne tunc quidem illos afficiet honore diuino. Quid ita? Quoniam ea promissione solùm ille protestabitur, Diuos creaturas præstantes esse, cum DEO gratia & amore coniunctissimas, quibus ideo promissum opus diuini obsequij acceptum etiam & gratum sit futurum. Quapropter si que pollicitatio istiusmodi Sanctis fiat, nequaquam illa religionis officium erit, sed definitæ alterius virtutis, nempe singularis obseruantia, quæ proximè quidem non protestatur DEI excellentiam, vt religio, sed creaturæ præstantiam, atque adeò non affert ipsa diuinum honorem, sed reuerentiam congruentem creaturæ.

K

Denique

Templorum vsu, & sacrificiorum & feriarum, non trãsferri ad sanctos honorē Dei proprium.

Ita D. Aug. lib. 8. de ciuit. Dei cap. 27. & li. 20. contra Faustum, ca. 21.

Vota, vt sunt actus virtutis religionis, & ad diuinum honorem spectant, non fiunt sanctis ipsis.

Potest etiam aliquid sanctis ipsis promitti absque eo, quòd iidem attribuantur diuinus honor.

Conc. 69. Genera quatuor officiorum, quæ in Diuos, honoris causa, conferimus, sine crimine Idololatriæ.

Qui intercessione ac meritis sanctorum iuuari cupiunt, eo ipso aperte significat, se pro Diis illos minime habere.

Vt colligitur ex Aug. li. 10. de ciuit. Dei cap. 4.

Deniq; laudationem Sanctorum eorumque per externas actiones honorationem, planum est per se, ad honoris genus spectare indifferens, quod accommodari ad colendam quoq; creaturam possit. Sed neque ab intentione nostra accipiunt officia hæc rationem diuini honoris: quasi per illa velimus Sanctis existimatione conciliare soli DEO conuenientem: Nequaquam enim hoc volumus. Quod non tantum verbis, sed etiam ipsa ratione cultus, quem adhibemus Sanctis, euidenter testatur. Nam recurrimus ad illos ut ad famulos præcipuos DEI, qui apud dominum suum & nostrum plurimum gratia valeant, ut est antè explanatum. Itaque verissimum illud est, quod huius capituli initio asseuerauimus, Catholicos, cum uenerationem adhibent Sanctis, cuiusmodi usurpare honorem, qui à diuino numine sit alienissimus, tantumque præstantibus creaturis conueniat. Ex quo intelligitur, virtutem quæ huius generis honorem Diuis affert, religionem non esse, cuius propriè diuina maiestas scopus est, sed singularem illam obseruantiam, quam paulò antè diximus in præcellentium creaturarum cultu versari.

Conc. 96.

Quomodo probet Heerbrand⁹ uenerationem sanctorum continere idololatriam. Conc. 92.

Cap. 1. & 2.

Hæc ita breuiter posita, quæ in altera disputatione nostra pluribus explicata sunt, satis uanitatè Heerbrandi declarant, qui enumerationem illam, paulò antè factam, officiorum quibus ueneramur Sanctos, dicat, tot Idololatrias & impietates quot uerba continere. Videamus quomodo miser perbet. Tenebras primum offundere ueritati nititur, cum ait, Idololatriam latè patere, & inde posse in ueneratione Sanctorum committi, quamuis illis non honor diuinus tribuatur sicut DEO. Bene habet, quod refutatè commentum hoc à nobis supra est, cum definitionem ab isto traditam idololatriæ, scripturarum testimoniis penitus reuicimus & nostram firmauimus: ut quæcumque ille super eam Idololatriæ definitionem uel fictionem extruxit, prorsus iam corruerint.

Ad

Ad nauisam usque inculcat præterea non habere nos diuinum præceptum uenerandi Sanctos modis supra dictis. Et hoc quoque friuolum & nugatorium istorum esse argumentum supra euicimus: Cum ex diuinis literis constet, spontaneos etiam cultus, & utiles & DEO gratissimos esse tantum abest ut quia spontanei sunt, sint, ut isti delirant, Idololatria. Qua de re non est opus repetere quæ sunt dicta prius.

Conc. 97. 105. 190. 117. & c.

Sed uiget aduersus Sanctorum inuocationem Apostoli sententia: Unus est mediator DEI & hominum CHRISTVS IESVS: Cæci planè sunt isti qui non uideant, se uehementer Apostolo repugnare, cum ex eo loco concludunt, iniuriam mediatori CHRISTO fieri, imploranda Sanctorum intercessione. Nam si ita est, pari ratione ex unitate mediatoris concludetur, uiuos pro uiuis intercedere non debere, cum istorum quoque intercessio uerè intercessio sit. Et tamè Apostolus contraria prorsus argumentatione colligit, alios pro aliis intercedere oportere, quoniam unus est mediator DEI & hominum CHRISTVS IESVS qui uniuersos redemit. Obsecro, inquit, fieri orationes, obsecrationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus &c. Hoc enim bonum est, & acceptum coram Salvatore nostro DEO, qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis venire. Unus enim DEVS, unus & mediator DEI & hominum homo CHRISTVS IESVS, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Ac si apertius ita ratiocinaretur: Quoniam pretioso Redemptoris nostri sanguine ac meritis, Dei erga homines sic auersa indignatio est & misericordia inclinata, ut omnes ille, quantum in ipso est, saluos facere uelit, æquum est ut non solum pro nobis ipsi, uerum etiam pro aliis apud Dominum intercedamus, quod efficacibus gratiæ auxiliis adiuti confirmatiq; saluam à Christo unico Redemptore partam, certius consequamur.

Conc. 97. 1. ad Tim. 1.

Ex illo Apostoli loco. Unus est mediator &c. potius probari, sanctos inuocandos esse.

Eodem loco.

K 2

Tuus

Conc. 97.

Tuus igitur ille furor, Heerbrande, est, tuæ illæ Cimmeriæ tenebræ, quas loqueris, quòd hoc Apostoli locum peruersè abutaris: nos cum Sanctorum etiam intercessione volumus fructum redemptionis nostræ obtinere, eo medio utimur, quod bonum est & acceptum, ut Apostolus loquitur, coram saluatore nostro DEO. Absit autem à nobis, ut ideo Redemptorē ipsum, quem aduocatum habemus apud Patrem, deseramus. In illo præcipuè spem figimus, ipso nitimur, illum solum fatemur sanguine chirographum deleuisse mortis sempiternæ, cui nos peccatum addixerat, tum etiam flexisse misericordiarum Patrem obligauisseque, ut sufficientia nobis & necessaria ad salutem auxilia suppeditet, adeoq; gratiam & gloriam, si eiusmodi auxilia non neglexerimus.

1. Ioan. 2. Catholicos, et si Sanctos inuocent, Christi tamen meritis & sanguine inprimis niti. Quod nā fuerit propriū officii Redemptoris.

Iſai. 63.

Sed quamuis in hoc Redemptor noster CHRISTVS torcular calcarit solus, Sanctorum tamen suffragia idcirco expetimus, quoniam intelligimus DEVM ita honorare solitum amicos suos, ut ab ipsis rogari^b velit, quòd illorum causa etiam, non quidem ex obligatione iustitiæ, qualem illi CHRISTVS Dominus iniicit, sed benignè & liberaliter mortalibus beneficiat. Nam si hæc non es-

Conc. 97.

c Aduersus Vigilantiū Tom. 3. Ac similem sententiam reperies apud D. August. ferm. 29. de sanctis, & Orig. Homi 3. in cantica. d In disputatione de inuocatione Sanct. cōc. 26. e Ex Iere. 15. 2. Mach. 15. & aliis locis constat, piè olim ante legem gratiæ defunctos quando necdum videbant Deum, intercessisse pro aliis; multo ergo magis nunc intercedunt beati. Item Tob. 12. Zach. 1. Apoc. 8. &c. apparet Angelos etiam intercedere: igitur & Sancti, qui erunt: sicut Angeli Dei. Matt. 22. Vide D. Aug. in illud Psal. 120. Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi.

set voluntas DEI; si, ut Heerbrandus blasphematur, cisternæ dissipatæ essent, quæ prodesse nobis non possent, nunquam profectò illi in cœlis cum DEO voluntate coniunctissimi, de sua salute securi, de nostra solliciti, ut Hieronymus ait, intercederent pro nobis: quod tamē ipsos facere^d Heerbrandus & alij hæretici victi tandem fatentur, & ex diuinis constat^e literis. Quid igitur? quòd officium sanctorum erga nos DEO acceptissimum, & nobis utilissimum est, quod illi libenter in nos conferunt, hoc ipsi ab illis petere sine Idololatria non poterimus? Quæ isthæc infania est, quis furor, Heerbrande?

At

At non audiunt, inquit, rebus iam humanis exempti, orationes nostras, nihil omnino de rebus nostris cognoscunt. Quàm isti homines animales, spiritum non habentes, ratiocinantur crasse? Fateor, lumine naturali intellectus non cognoscunt, sed cognoscunt tamen illustrati diuinitus, siue in verbo, eadē cognitione qua beati sunt, siue peculiari reuelatione extra verbum: nihil enim interest, quod ad præsentem attinet cōtrouersiam. Nam si quæ ad eos spectant, quos maxima charitate diligunt, non viderent, si illorum votis ac petitionibus opportunè occurrere non possent, si surdi essent, qui sese piè alloquentes non audirent, quomodo esset gaudium illorum plenum? quomodo felici statu fruerentur? quomodo essent^c sicut Angeli DEI, qui gaudent^d in cœlis super vno peccatore pœnitentiam agente, adeoque vident, quæ hîc geruntur? Si per prophetiæ lumen quod imperfectum est, & ex parte, multi diuinitus consequuti sunt, ut longè posita cernerent, cur non etiam orationes nostras agnoscant beati, cum euacuato quod ex parte est, quod perfectum est, venerit, hoc est, cum fuerint ipso sole luminis gloriæ collustrati?

a Conc. 93. & 109. &c.

Quomodo Sancti intelligat orationes nostras.

b Psalm. 35. Ioan. 16. c Matth. 22. d Luc. 15.

1. ad Cor. 13.

Longum esset omnia perfequi, quibus argumentum hoc eleganter tractat D. Augustinus, confirmans illud exemplo Helisæi Prophetæ, qui absens Giezi seruum vidit, cum iniquè à Naaman munera pro restituta sanitate acciperet. Tantum hæc eiusdem Augustini verba referam: Sicut autem ex Hebræo interpretatus est presbyter Hieronymus, ista sunt ad Giezi verba Prophetæ, Nonne cor meum in præsentem erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui? Corde suo ergo, inquit Augustinus, se dixit vidisse Prophetam, adiuto quidem mirabiliter, nullo dubitante diuinitus; sed quanto ampliùs tunc

Lib. 22. de ciuit. Dei c. 29. 4. Reg. 5.

K 3

omnes

omnes munere isto abundabunt, cum DEVS erit omnia in omnibus.

Definat igitur Heerbrandus insanire, neque neget Sanctis beatis, quod etsi per naturam illi non habent, DEI tamen munere acceperunt; videlicet vt exaudiant preces nostras. Nam quod ex alio loco Augustini citat: defunctorum animas rebus nostris non adesse, neque videre quæ aguntur aut inueniuntur in ista vita hominum, sensus est, defunctorum animabus non esse hoc naturale, vt nobis præsentés adsint, resque nostras intelligant, sicut nos ordinariè possumus interesse rebus amicorum de illisque cognoscere. Atque huc Augustinus refert illud ex Isaia: Abraham nesciuit nos, & Israèl non cognouit nos. Quanquam de his cum non essent tunc beati, ante CHRISTI mortem, alia ratio est.

Quòd verò diuina virtute animæ beatorum cognoscant de nostris rebus ea, quæ ipsas conuenit intelligere non solùm loco priùs citato Augustinus docet, sed etiam in eo libro, ex quo Heerbrandus testimonium profert. Nam illico declarat, nihilominus fieri posse, vt aliqua ex his, quæ hîc geruntur, defuncti cognoscant, referentibus vel Angelis, vel animabus ex hac vita migrantibus, vel virtute diuina, qua, vt præsentés quoq; nobis adsint Sancti, fieri posse confirmat. Hinc, inquit, illa soluitur quæstio; quonam modo martyres, ipsis beneficiis, quæ dantur orantibus, indicât se interesse rebus humanis, si nesciunt mortui quid agant viui? &c. Verùm ista diuinitus exhibentur longè aliter, quàm sese habet vsitatus ordo singulis creaturarum generibus attributus, & paulò pòst: Alij itaque sunt humanarum limites rerum, alia diuinarum signa virtutum, alia sunt quæ naturaliter, alia quæ mirabiliter fiunt: quamuis & naturæ DEVS adsit, vt sit, & miraculis

Lib. de cura pro mortuis agenda cap. 13. Conc. 95.

Isai. 63.

Cap. 15. & 16.

Cap. illo 16.

Concedit D. Aug. virtute diuina, præter naturæ ordinem fieri, vt Sancti de viuorum rebus cognoscant, illisq; p'sint.

raculis natura non desit. Non igitur ideo putandum est, viuorum rebus quoslibet interesse posse defunctos, quoniam QUIBUSDAM SANANDIS, VEL IUVANDIS, MARTYRES ADSUNT, sed ideo potius intelligendum est, QUOD PER DIVINAM POTENTIAM, MARTYRES VIUORVM REBUS INTERSUNT, quoniam defuncti per naturam propriam, viuorum rebus interesse non possunt.

Potuitne Augustinus interpretari clariùs, quo sensu antea negauerit, defunctis cum viuis aliquid intercedere? Nequaquam profectò potuit. Itaque fidem in Heerbrádo bonam desidero, quòd ex eo Augustini libro probare voluerit, nullo modo Sanctos, quo loco res nostræ sint, intelligere. Etsi vero Augustinus ibidem subdubitet, quanam ratione Sancti viuus suffragentur: vtrum videlicet præsentés adsint illis, an verò generali quadam intercessione è cœlo ipsis profint; certum tamen esse asseuerat, Sanctorum subsidio viuos, qui eosdem exorant, (vt antè dixerat) diuinitus adiuuari. Sed nec veretur aliis in locis determinatè affirmare, Beatos, cogitationes nostræ cordis diuino lumine collustratos, perspicere, & nos exaudire.

Quæ cum ita sint, nemo non iudicabit vanissimum esse Heerbrandum, quòd tam crebrò nobis occinat, habere nos Deorum loco Sanctos, cum inuocamus ipsos absentes; quasi tribuamus illis hac ratione omnipræsentiam, vt ille loquitur. Vnius Helisæi exemplum paulò antè inductum declarat posse quempiam de rebus absentibus cognoscere diuinitus, etiam si illis nõ adsit præsens. Itaque non illico Diuis omnipræsentiam tribuimus, si illos absentes inuocemus. Quanquam Augustinus ne hoc quidem diuina virtute fieri posse negat, vt Sancti præsentés adsint, etiam vno tempore, disunctissimis in locis.

a Lib. 22. de ciuit. c. 29.
b Lib. de vera relig. c. 55.

Conc. 93. & 109. &c.

Lib. de cura pro mortuis agenda cap. 16.

Agè

Conc. 93. & de
inceps.

Sic ille argumē-
mentatur, in di-
sputatione de in-
uocatione San-
ctorum Cōc. 18.
& 10. & de
precaione. ,,
Conc. 55. ,,
A. K. O. 10.

Agè verò videamus, qua ratione Heerbrandus nitatur præterea puerile quoddam argumentum, à nobis in altera disputatione refutatum, confirmare, vt demonstrat, nos Sanctos pro Diis habere. Erat autem illud huiusmodi: Si quis in aliquem credat, illum habet pro DEO, quia in solum DEVM creditur: Pontificij credunt in Sanctos, quia inuocant illos, & Apostolus ait, quomodo inuocabunt in quem nō crediderunt? habent igitur Sanctos pro Diis, & sunt idololatræ.

Conc. 95.

Puduit ferè me respondere tam puerili argumento, sed respondi tamen, vt Heerbrandi in argumentando infantia notaretur. Dixi, inuocationem illam quæ cum fide in eum qui inuocatur, tanquam in DEVM, coniuncta est, longè diuersam esse ab ea inuocatione, qua Sanctos honoramus. Nam illam non dirigi nisi ad eum, qui vt creator & summus rerum omnium Dominus, virtute propria liberare ab omni ærumna queat: hac verò, intercessionem tantum eius qui inuocatur, implorari; proinde quod ita Sanctos inuocemus, argumēto esse potius, creaturarum numero illos à nobis censeri; quippe quos eo ipso protestemur superiorem habere DEVM, apud quem suis precibus vt nobis suffragentur, petimus.

Diuersam longè
rationem esse in-
uocationis DEI
& Sanctorum.

Conc. 106.

Hic primùm Heerbrandus, tantum non apertè falsus est, videre iam se conclusionem illam suam fuisse absurdissimam; Itaque animo admodum exili. Quod ex-
,, agit, inquit, argumentum meum ex Apostolo desum-
,, ptum: cum Paulo litiget, quamdiu volet, per me sanè li-
cet. Quasi verò sensisset vnquam Apostolus, inuocationem eius, qui exoratur, vt intercedat, cum fide in illum tanquam in DEVM, coniunctam esse. Nihil euidentius est, quam de illo altero inuocationis genere, quod ad DEVM spectat, ipsum loqui, quando ait: Quomodo autē inuo-

inuocabunt in quē non crediderunt? Repetiuerat nam-
que proximè sententiam illam ex Iohele: Omnis qui in-
uocat nomē domini saluus erit, tum subiicit: Quomodo
autem inuocabunt? &c. Quapropter cum Sancti à nobis non inuocentur ea ratione, qua DEVS, nequaquam ex Apostolo, sed ex insano atque imperito cerebro suo desumpsit argumentum Heerbrandus, cum colligit, nos, quoniā inuocemus Sanctos, in ipsos vt in DEVM credere.

Verum recipit ille animum; Et, Elapsurum, inquit, se sperat sophista, cōficta distinctiuncula verbi inuocare. Sed heus (inquit) Hispane, probanda tibi erit distinctio hæc & verbi significatio duplex ex Scriptura sacra. Puerile planè ac ridiculū, ex Scriptura tanquā ex dictionario vel Dasipodio aliquo verborum significationē definire velle. Angustam certè Grammaticā isti habent, si ipsis nō licet vocabulis ita vti, vt vtuntur auctores boni, tametsi in scripturis non ita accipiantur. Quis autem neget in Ecclesia Catholica plures fuisse latinis bene peritos, qui inuocationem pro precaione vsurpauerint, qua Sanctos, vt pro nobis intercedant, rogamus?

Conc. 106.
& 107.

Ineptiæ Heer-
brandi qui voca-
bulorum vsum
scripturæ tan-
tūm phrasi &
vsū metiri velit.

a Vide D. Aug.
loquution. de
Gen. li. 1. c. 200.

Demus igitur (quod secus est) inuocandi verbum in scripturis accipi duntaxat pro oratione ad DEVM fusa: Quanta, obsecro, stoliditas est ideo cōtendere, nos, quoniā Sanctos inuocare dicimur, eadē ratione ipsos qua DEVM precari? An non possumus vocabulum in Scriptura vsitatum ad Sanctos referre, quin illico ad eosdem etiam rem quam vocabulum in Scriptura significat, referamus? Quid prohibet illud ad significandum rem diuersam, accommodare? At non est Scripturæ vocibus licenter abutendum. Primùm vocabulorum abusus Idololatria non est. Deinde illorum significatio et vis non ex diuinis tantum literis est discenda, vt antè diximus.

L

Mitto

a Capite illo
200. li. 1. lo-
quution. de
Genesi.
b Genesi. 48.

Mitto, inuocandi verbum in Scriptura tum aliis mo-
dis, tum etiam pro petitione intercessionis Sanctorum
accipi, sicut Diuus^a Augustinus interpretatur illud
Patriarchæ^b Iacob; Angelus qui eruit me de cunctis
malis, benedicat pueris istis (vbi apertè patrocini-
um, Angeli, nepotibus precatur) et inuocetur super eos no-
men meum, nomina quoque patrum meorum Abra-
ham & Isaac. Itaque cum Augustino certat^c Heerbran-
dus, dum nititur aliter inuocationis nomen hoc loco in-
terpretari.

c Conc. 108.

Ego verò de nomine non valde pugno. De re ipsa aga-
mus. Intellexit Heerbrandus, admonitus disputatione
nostra, futilem esse argumentationem illam suam, qua ita
concluserat: Pontificij inuocant Sanctos: ergo credunt

d Conc. 06. 109.
& in appendice
quam in fine di-
sputationis ad-
iunxit ad eam
Conc.

Inepti Heer-
brandi argu-
mentum ex
caliniis me-
daciisq; puti-
dissimis co-
positum.

in illos. Iccirco sollicitus valde fuit, quemadmodum va-
rias particulas assumptæ, propositioni assueret, vt argumen-
to vim adhiberet. Resarsit igitur, quantum ex variis ipsi-
us disputationis locis colligo, argumentum illud hoc mo-
do: Pontificij inuocant Sanctos mortuos & absentes, tã-
quam vbiq; præsentés adsint, & gemitus cordis cogno-
scant, & omnipotentes sint, qui possint se inuocantes iu-
uare & liberare ex malis, denique maiorem consequen-
dæ beatitudinis fiduciam in Sanctis, quàm in CHRISTO
ponunt: Ergo credunt in Sanctos, & quidem magis ac fir-
miùs quàm in CHRISTVM ipsum, in quem alioqui non
certò credendum, sed dubitandum iubent.

Nullum ex his mendaciis est, quod non sit per spi-
cium et palpabile. Illud tantum verè dixit, Sanctos à no-
bis inuocari, vt ij qui gemitus & orationes nostras agno-
scant, tametsi absentes & hac vita functi sint. Verum hinc
nihil minùs sequitur quàm, in eisdem nos credere vt in
Deos: Intelligimus enim illos, vt supra est dictum, non
id per

Depulso argu-
menti vel potius
calumniarum.

id per naturam posse, sed munere diuino, qua ratione
creaturæ quoque conuenire potest, vt arcana cernat &
procul posita, sicut euidenter antea monstrauius. Non
potest igitur argumentum illud suum Heerbrandus ful-
cire, nisi miraculosè faciat, vt mendacia illa quæ verita-
ti addidit, mendacia non sint; quod scio ipsi esse factu dif-
ficillimum, vt ostenderem pluribus, si vel obscura res es-
set, vel tota huius loci.

Sed habet ille adhuc, quod nobis opponat, nempe
plaustrum precatiuncularum, quas partim ex corrosis,
vel, quia hoc illi vocabulum antè non placuit, ex attritis,
rubiginosis, & anonymis, voluminibus, partim, vt ille ait,
ex missalibus, & sequentiis, & horariis, & antidotariis, &
horarum cursibus, non sine diligentia, vt apparet, com-
pleuit; vt testibus omni exceptione maioribus doce-
ret, nos pro Diis habere Sanctos. Quo indicio? quo-
niam in eiusmodi precibus misericordia Sanctorum im-
ploretur, & vita æterna & gratia ab ipsis absolute peti-
tur &c.

Conc. 40. & de-
inceps.

Ad hæc iam antè respondi, id quod est notissimum,
& isti etiam bene sciunt, quamuis contra propriæ con-
scientiæ testimonium dissimulant, nempe cum Sancto
dicitur, Fac, aut concede, &c. sensum esse, Effice preci-
bus & intercessione apud DEVM tuam. Quod quidem ex
precandi formulis Ecclesiæ vsitatoribus est perspicuum.
Nam in Litanis ad DEVM, dicimus, Miserere nobis,
ad Sanctos, Ora pro nobis. Sed iudicat Heerbrandus
primùm ideo nos dissimili ratione inuocare DEVM &
Sanctos, ne videamur Ethnici. Execramur igitur Ethni-
corum superstitionem, atque adeò Ethnici non sumus:
Nisi forte tales esse possumus omnino inuiti. Quod au-
tem decies salutationem angelicam & semel precationem

Conc. 99.

Conc. 111.

dominicum recitare interdum soleamus, signum est, non quod plus B. Virginis patrocinio, quam diuina ope nitamur, ut Heerbrandus iocatur: Sed quod non vno modo tantum precandi rationem instituire soleamus; item quod reuerenter ad diuinæ maiestatis thronum accedere velimus, tanquam ab ipsa DEI matre introducti, quam ideo ut pro nobis intercedat, sæpe & instanter obsecramus, priusquam Patrem ipsum misericordiarum inuocemus.

Conc. 112.

Agg. 1.

Subiungit deinde ideo se ad disparem illam rationem inuocandi Deum & Sanctos in Litanis, non attendere, quia Sancta sanctificant polluta, sed contra profana polluunt Sancta. Quod cum, ille non amplius explicauerit, ego sic interpretor, Heerbrandum, quia pollutus errore ac profanus sit, nolle, iuxta eam differentiam, Sanctorum intercessione uti, quippe qui sanctificare ipsum nequeant quamdiu pollutus errore manet, sed potius in id studium velle incumbere, ut pollutus ipse Sanctos blasphemis polluat atque profcindat.

Con. 40. & pluribus seq.

Verum videamus qua ratione ille conetur ostendere, cum Catholici Sancto dicunt, fac aut concede, sensum non esse, ut diximus, Effice precibus & intercessione apud DEVM tuam: Nimirum non aliter, quam repetendo varios hymnos & precatiunculas, in quas omnes eadem illa prorsus expositio quadrat. Adeo fuit vel rudis, vel quod magis puto, subdolanus, qui Catholicorum sinceritatem atque innocentiam, testimonio propriæ conscientiæ, & expositione illa nostra, à se agnitâ, ea saltem arte voluerit obfuscare apud imperitos & miseros, quos his nugis decipit.

Lib. 21. de ciuit. Dei cap. 27.

Augustinus certe aperte docet, Sanctorum intercessione nos à peccatis & gehennæ igne liberari. Quod satis deberet

deberet esse, ut Heerbradus non ita Pharisaicè scandalizaretur, cum in eo sensu Catholicos legit, à Diuis ipsis gratiâ & salutem postulare. Præterea, cum Sancti nihil à DEO precentur, nisi quod ex diuina voluntate sit, atque adeo impetraturos se certo sperent, candidè quoque interpretanda esset illa hyperpolis, qua quis Beatam virginem, aut Sanctum alium, cuius studiosus est, omnia posse diceret. Est enim sensus, posse illum à Domino obtinere quæcunque velit, quia nihil volet frustra, sed ea tantum quæ DEO placita sunt & fieri expedit. Quanquam Heerbrandus quidem nullo alicuius momenti testimonio docet, neque verò docere potest, eam loquendi formam ab Ecclesia Catholica, vel vſitatam, vel approbatam esse. Illud tantum ago, non continuo Idololatriæ damnandum aliquem esse, si studio quodam affectus, & obseruantia erga Sanctum, asserat, illum omnia posse; quæcunque videlicet à Domino precari velit. Nam & eos, qui apud principem aliquem gratia plurimum valent, dicere consueuimus omnia in illius ditione posse. Quare quoniam quæcunque volunt, obtinere valent à principe.

Vide Petrum Lombardum li. 4. sent. d. sub finem.

Sed & illa formula precandi B. Virginem, Propitia esto, parce nobis Domina, præterquam quod in Litanis virginis communi, & Lauretana non ponitur, commodum certe ac expeditum sensum refert; ut minimè ab Heerbrando debuerit tam iniquè censeretur. Nam constat, iniuriam inferri DEO non posse, quin simul DEI mater offendatur. Quare non modò peccatoribus aliis ea precatio est utilis, sed in primis etiâ Heerbrando consultum, Deiparam, quam plurimis ille blasphemis incessit, supplicii animo exorare, sibi ut parcat, & propitia sit, & in se gladium illum ancipitem seueræ indignationis ne vibret, quo, Prophetæ sententiâ, terribilem illam,

Conc. 40.

Psalm. 149.

L 3 sicut

^a Vide Nicéphorum lib. 18. Historiæ Eccl. c. 33.

sicut & reliqui cœlites, de inimicis suis vindictam sumere potest, ac etiã^a solet. Quòd si absq; Idololatriæ nota hi, q; mortales principes ac Dominos offenderunt, eosdẽ sibi propitios reddere, illorũq; gratiã promereri, & oratione, & officio student, insignis profectò dementia est, eos Idololatriæ damnare, qui sanctissime Dei matri reconciliari volunt, eamq; ideo verbis illis honorificè cõpellant, Propitia esto, parce nobis domina. Etenim nõ vnã & eadem his verbis subiecta sententia est cum ad DEVM & ad B. Virginem accommodantur. Nam à DEO gratiam ipsam & gloriam, tanquã ab huiusmodi munerum largitore, Catholici petunt, cum vt ipsis propitius sit petunt: à Deipata verò intercessionẽ tantũ, vt deposita indignatione, siquam erga eos habet, gratiam & gloriã ipsis benignè impetret, vt illi & sapiissime, & verissimè testantur.

Non modò igitur Heerbrãdus censor ineptus, sed iniquus etiã calumniator est, quòd verba, quæ variũ sensum habere possunt, plus velit habere momẽti ad condemnãdos Catholicorũ animos Idololatriæ, quàm eorundem simplicem atq; sincerã protestationẽ de legitimo verborũ sensu ad ipsos excusandos. At, inquit, quamuis ipsi nihil minùs sentiant aut cogitent, (quàm se habere Sanctos vel aliã creaturã pro Deo) tamen Spiritus sanctus, qui est oculatissimus hoc videt, audit, intelligit, & de eis pronunciat. Egregiũ sanè artificiũ, diuino testimonio, quod per se arcanũ est & à cognitione hominũ remotissimũ, calumniã confirmare velle cum aliã defunt idoneæ pbationes. Quæro, ex Heerbrãdo vtrum existimet, Spiritũ sanctum videre, audire & intelligere, q; verè nõ est, neq; videri aut intelligi aut audiri potest. Opinor nõ existimat. Siquidẽ oportet, rẽ ita esse, si eã Spiritus sanctus ita esse intelligit. Cum igitur Heerbrandus probare nunquã possit, Catholicos habere Sãctos aut creaturã aliã pro Deo, ineptissimè

conten-

Conc. 18.

„
„
„
„

contendit, hoc Spiritũ sanctũ de ipsis pronunciare: eosq; illorũ impiorũ esse similes, q; iudicio diuino, corde suo licet nõ verbis, dicunt, posuimus mendaciũ spẽ nostrã &c. ^{Isai. 28.}

Quanquam si maximè priuatus aliquis Idololatriam cõmitteret, vel certè preces minùs aptas incautè aut scriberet aut vsurparet, hoc quidẽ instituto Ecclesiæ Catholicæ, circa inuocationẽ legitimã Sanctorũ, minimè præiudicaret. Nã id genus ipsa non approbat, imò prohibet &^a cauet, vt vana sit Heerbrandi calũnia quòd^b obiecat, non ha heri huius rei prouidentiam in Ecclesia, sicut etiã quòd nugatur, ad inuocandam B. Virginem signum campanis dari, ad inuocandum DEVM nunquam. Est signum nunquam Heerbrandum adire templum, vt intersit sacrificio missæ, atq; ita impiè violare præceptum Ecclesiæ, quo est, velit nolit, obligatus, si baptismum recepit.

Prætereo interim, illũ quod prudens lector facilè animaduertet, partim preces aliquas commentitias & apocriphas & omnino explosas protulisse, vt apertũ mendacium sit, quod^c ait, eas in omnibus templis decantari: partim etiã eiusmodi, quæ potiùs Catholicorũ causæ fauēt. Quale illud est q;^d citat ex^e magistro sententiarum, Oramus Sanctos vt INTERCEDANT pro nobis, & merita eorũ nobis suffragentur. Nam quòd hinc colligit, illos inuocari vt redemptores, friuolũ est. Non enim illi DEVM obligat ad benefaciendũ nobis, sicut Christus Dominus, vt antè quoq; dictũ est, & aliàs esset explicadũ copiosius.

Quarè quòd catalogum Sanctorum facit, quos non sine blãphemiis dicit, à nobis more gentium coli, tanquam Deos & rectores orbis terrarum, sicut ait sapiens, maximæ nugæ sunt, quas à veteribus hæreticis vsurpatas iam pridem contempsit & irrisit Augustinus. Et iam in priori disputatione rationem, quam iste refutare non potuit, dedimus, cur Catholicos pro diuersis beneficiis

^a In præfatione libelli, prætorij, iussu Pij V. editi.
^b Conc. 41. & 111.

^c Conc. 41.

^d Conc. 54.
^e Lib. 4. sent. d. 45.

Conc. 47.

Sap. 13.

Lib. 20. contra Faustum ca. 24.
Conc. 97.

beneficiis à D E O impetrandis diuersorum intercessionem Sanctorum implorent, quia scilicet deuotionis hoc genus euentu atq; vtilitate diuinitus sæpe probatum est, eò quòd ad excitandum in nobis pietatis studium, sit cum primis accommodatum. Nequaquam verò ab illis velut à Diis beneficia ipsa speramus, vt Heerbrandus fabulatur. Sed neq; animalia Diuis sacrificant Catholici more Ethnicorum, vt idem obiicit. Nam si quando hæc illi offerunt, sacrorum ministris ea largiuntur, ex D E I Diuorumq; reuerentia & amore, vt antea respondimus.

At opponit vidisse se in templis suspenfa donaria, tanquam Sanctis ipsis, non ministris oblata. Si anseres, porcellos, (nam in hoc genere versatur subtilitas Heerbrandi) gallos gallinaceos, & alia huius generis animalia, de quibus controuersia erat, suspenfa vidit, meminerit, quæso, in templone viderit, an alio in loco ad quem fortè diuertit. Alia genera donariorum nõ nego in templis aliquando seruari; nõ quòd Diuis sacrificata aut oblata Ethnicorum ritu fuerint, sed quòd sint velut tesserae, quæ tum prærogatiuam Diuorum & gratiam qua valent apud D E V M, tum etiam accepta diuinitus, illorum intercessione, beneficia fidelibus significet, quòd ita demum Sancti congruis honoribus afficiantur. Quæ res cum in D E I honorem tandem, qui est mirabilis in Sanctis suis, referatur, verè etiam ab aliquibus dicitur, (quod Heerbrandus immeritò carpit) hoc totum, quicquid est donariorum, pertinere ad D E V M.

Quod attinet ad vota siue promissiones (parum enim interest, quomodo appellemus, modò de re constet) quæ Sanctis fieri dicuntur, frustra quoque laborat Heerbrandus. Superius enim explicatum à nobis est, quemadmodum illa vel D E O ipsi, Sanctis auspiciis, nuncupentur:

Conc. 116. & in disputatione de precatone conc. 56.

Conc. 100.

Conc. 116.

Cur donaria quædam seruentur in templis,

Psal. 67.

Conc. 115.

Sub initium huius capituli,

pentur: vel si directò referantur ad Sanctos, non religionis proximè, sed alterius virtutis, nèpe peculiaris obseruantie officia esse, hoc est, non ad conciliandam diuinam opinionem, (quo sine soli D E O vouere, secundum diuinam Scripturam fas est) sed ad testificandam dignitatem præcellentium creaturarum proximè pertinere, atque adeò minimè illa honorem diuinum esse.

Neq; verò ideo nullum, est inter religionis & obseruantie cultum discrimen, quoniam vtrique idem vocabulum, nempe Dulia, interdum accommodari solet: sicut ineptè ratiocinatur Heerbrandus. Quid enim impedit quòd minùs eadem voceres, specie ac ratione diuersissime, communiter significantur? Nonne, honor, & seruitus latinè, ad significandum etiam cultum soli D E O debitum accommodantur? Ita planè. Nam legimus: Soli D E O honor^a & gloria, & Dominum^b D E V M tuum adorabis, & illi soli seruias. Quid igitur? Colligétne hinc bene Heerbrádus, eum honorem, qui parentibus debetur, nihil differre ab honore, qui D E O soli reseruandus est, neque quidquam inter seruitutem D E O debitam, & obsequium aliis Dominis exhibendum, interesse, proindeque nec filios honorare parentes, nec seruos Dominis seruire sine Idololatria posse: Si videt, stolidam hanc esse conclusionem, vt in priori disputatione ostendi, nec ipse repugnare potuit, cur est adeò vel cæcus, vel pertinax, vt ex communitate vocabuli, Dulia, pergat adhuc similiter concludere, honorem D E I proprium nihil discrepare ab honore, quem Sanctis adhibemus, quoniam Valla & Ludouicus Viues dicant, Duliam vtrumque comprehendere?

Non adeò odiosè, inquit, de vocabulis certaremus, si de re inter nos conueniret. Atqui in controuersia de re,

M non

Psal. 21. 49. & 115. &c.

Conc. 103. & in disputatione de precatone 44. & 49. & 50. Latum esse inter religionem, & obseruantiam discrimen, tamen si his virtutibus earumq; officiis idem aliquod vocabulū attribuitur? a 1. ad Tim. 1. b Deuter. 6.

Conc. 85. & 86.

Conc. 104.

nō ad eò stultè & pueriliter ex indifferentia vel communitate vocabuli quod vtrumq; cultum cōprehendit inferre deberetis, nullū quoque discrimen re ipsa esse inter cultus eiusmodi. Sed neq; ad eò impudenter Heerbrandus negare debuit; discrimen hoc, vllò, vel Scripturæ vel alicuius boni auctoris testimonio probari. Certè cū in

Scriptura dicitur, Nimis ^a honorificati sunt amici tui, DEVS, & Si quis mihi ministraverit ^b honorificabit eum pater meus, & Soli Deo honor & gloria, & In ^c omnibus honorificetur Deus, de diuersis re ipsa honorum generibus sermo est. Augustinus quoque & alij patres, aperte inter vtrumq; cultum distinguunt, ac docent, latriã pro cultu diuino: duliã, pro eo, qui creaturis exhibetur, solere accipi. Quod neque Valla, neq; Viues negant, multò minùs discrimen ipsum reale vtriusq; cultus, tametsi notauerint, vtrumlibet indifferenter quoque duliã & latriã interdum nominari. Quod quidem non surda aure, vt Heerbrãdus ait, transinus, (quanquam necistorū authoritas nobis sancta est) sed intelligimus nihil minùs inde colligi, quàm quòd inter vtrumque cultum re ipsa non differat, de quo est controuersia. Obmutescat igitur Heerbrandus, & quando hæc conuellere non potest, nunquam ampliùs nugetur de Gulia, vt ipse histrionicè duliã appellat.

Pudeat etiam ipsum, quòd aduersus Ecclesiæ morem, dedicandi DEO in Sanctorum memoriam templa, id testimonium D. Augustini profert, quo vno vel maxime Catholicorum causa in hoc genere defenditur. Nonne, inquit ille, si templum alicui Sancto Angelo excellentissimo, de lignis & lapidibus faceremus, anathematizaremur à veritate CHRISTI, & ab Ecclesia DEI? Sanè debuisset hinc Heerbrandus cognoscere, quàm alienum ab Ecclesiæ

Conc. 103.

a Psal. 138.

b Ioann. 12.

c 1. ad Tim. 1.

d 1. Petr. 4.

Lib. 1. de trinit. ca. 6. & lib. 10. de ciuit. Dei. cap. 1. & lib. 20. contra Faustum ca. 21. & Damasc. li. 3. Apologia & Beada in 4. ca. Lucæ. Item in Cōc. Niceno 2. &c.

Conc. 98.

Lib. 1. cōtra Maximinum Arrianorum Episcop.

Ecclesiæ instituto sit, quod ille sine probatione vlla ipsi affingit, religionem videlicet templorum, ad ipsos Sanctos directò, non ad DEVM referre. Hoc nequaquam fieri iam suprã demonstrauimus; tum etiam ex eiusdē Augustini mente rationem exposuimus, ob quam, etsi Diuino numini omnia consecrentur templa, meritò tamen illa nominibus Sanctorum discerni absque vlla Idololatria queant; quòd in aliis alij Sancti congruentibus honoribus, singulari quodam studio, afficiantur, sicut etiã in eorundem vigiliis & feriis.

Concludam tandem hunc locum, si breuiter argumēta duo explicauero, quibus Heerbrandus ait, velle se totam hanc de mortuorum inuocatione controuersiam finire: ita enim ille Diuos ex contemptu vocat, vt olim impius ille Hermes Trismegistus. Primum proponit his verbis: Idololatria et dij alieni, sunt omnes cultus, qui verbo DEI non sunt mandati: Inuocatio mortuorum verbo & mandato DEI caret: Ergo est Idololatria. Nego primam propositionem. Monstratum enim suprã est, Heerbrandinam illam Idololatriam in falso Heerbrandi cerebro esse natam, & ideo non veram, sed adulterinam esse.

Commentitium quoque est, quod in altera propositione assuit, inuocationem Sanctorum carere nō solum mandato, sed etiam DEI verbo. Nam primùm, DEI verbum nō tantum literis, sed Ecclesiæ voce sonat. Quod nō negatur nisi ab hæreticis. Deinde ex Scriptura constat, vt alia nunc omittam, bonum & placitum DEO esse, vt alij aliorum intercessione vtantur; & Sanctos, quamuis non corpore, spiritu tamen viuere, cū non sit DEVS mortuorum, sed viuorum, & nos amare, & felices esse, qui proinde exaudire & iuuare nos velint & possint.

Sub initium huius capitis.

Conc. 117.

Vide D. Aug. li. 8. de ciuit. Dei cap. 26.

Cap. 1. & 2.

Inuocationem Sanctorum verbo Dei niti.

a 1. Ad Tim. 2.

Marc. 12 & Luc. 20.

Suprà plures lo-
ci citati sunt ad
hoc propositū.

Quæ satis profectò sunt, vt cordati & mediocri eruditio-
ne præditi intelligant, Sanctorum inuocationem scri-
pturarum auctoritate niti. Quod qui non vident, non
modò Theologiæ, sed propemodum rationis expertes
sunt, cuius vsus aliquis semper necessarius est, vt quis ani-
maduertat, contineri aliquid in scripturis.

Conc. 118.

Alterum argumentum proponit Heerbrandus, hoc
,, modo: Inuocationem ex fide fieri necesse est, & quicquid
,, non est ex fide, peccatum est: Fides porrò nititur verbo
,, D E I tanquam fundamento ex eoque oritur. Ergo vbi
,, verbo D E I caremus, fides nulla est, sed opinio aut super-
,, stitio: Porrò mortuorum inuocatio verbo D E I caret,
,, quod confessus est E C K I V S: Ergo ex fide fieri nequit,
,, ideoque peccatum. Hic, inquit, respondeat Hispanus.
,, Hic Rhodus. Hic Saltus.

Heerbrandi
leuitas.

Nonne posset absq; scrupulo conscientia ligari, qui
sic in infania, vt ita dicam, speculatiua effertur, & ex men-
tis sensu exilit? Putes non immeritò, helleboro magis,
quàm *respõsione mea Hellebrandi cerebrū sanari oportere*.
Itaque cum illo nunc non agam, qui prorsus doctri-
næ capax in hoc symptomate non videtur. Aliis tantum
indicabo vitia, quæ sunt in illius deliro argumento. Pri-

Argutatio-
nis Heerbrã
dinæ peccatq;
Ad Rom. 14.

,, mum est, quòd sententiam illam Apostoli; omne quod
,, non est ex fide, peccatum est, sic interpretatur, vt velit,
,, omnia omnino peccatum esse, quæ ex fide, certum non
,, sit, esse licita & bona. Itaq; infinita genera contractuum
,, & actionum humanarum damnat, quæ vtrum licita sint
,, necne, determinari ex fide & verbo D E I nequit, sed pro-
,, babiliter tantum à Doctõribus disputatur: Et tamen sine
,, illis, hominū vita ac societas conseruari non potest. Apo-
,, stolus autem nihil aliud vult, quàm ea opera esse pecca-
,, tum, quæ vel repugnante conscientia fiunt, vel etiam ex
,, infide-

Vide inter alios
Hugonē Victori-
nā, Athanasii,
Anselmum, &
Becam in com-
mentariis super
illum locum.

infidelitate proficiscuntur, & fidei Euangelicæ contraria
sunt, vt supra attigimus, & ex ipso contextu apparet. Se-
cundum vitium est, quòd si maximè illa duntaxat rectè
fierent, quæ ex fide & verbo D E I constat esse licita, falsò
tamen Heerbrandus sumit, inuocationem Sanctorum
verbo D E I, & testimonio fidei carere, vt in refutatione
prioris argumenti docuimus. Tertium vitium vel potius
crimen est, quòd mendaciter I O A N N I E C K I O, viro
pietatis & eruditionis laude probatissimo affingit, com-
mentum illud suum, scilicet inuocationem Sanctorum
verbo D E I carere. Aliud enim longè est, inuocationem
Sanctorum non esse diuinitus præceptā, veleuidenter ac
speciatim in sacris literis expressam, quòd E C K I V S non
malè dixit; aliud, verbo D E I non approbari omnino,
quòd Heerbrandus comminiscitur.

In communi lo-
co de veneratio-
ne Sanctorū sub
finem.

Hæc illius argumenti vitia sunt, quòd ad materiam
assumptarum propositionum attinet. Nam de forma
eiusdem nihil est necesse dicere, cum nemo non videat;
esse planè informem, sicut etiam est Heerbrandi mens,
gratia D E I destituta, donec desinat aliquando miser cum
misero grege suo blasphemare Sanctos, æterna beatitu-
dine felices.

CATHOLICOS VENERANDIS

SACRIS IMAGINIBVS IDOLOLATRIAM

MINIME COMMITTERE.

CAPVT VII.

NON fuit nobis in disputatione altera propo-
situm, neq; modò est, locum hunc de venera-
tione imaginum, ab aliis & sepe & luculenter
confirmatum, iterum asserere, sed tantum
ostendere, Idololatriam certè ab illo longissimè abesse.

M 3

Qua

In priori disputa-
tione. cōc. 48.
Conc. 119.

Qua de re cū antea etiam lectorem admonuerim, pu-
dere meritò Heerbrandum debet, quòd fuerit calu-
mniatus, me absque Scripturę testimonio instituisse pro-
bare imaginum adorationem. Non fuit hoc institutum
meum; sed vt dixi, docere tantum volui, absque Idolola-
tria certè Catholicos imagines venerari, quoniam illis
diuinum honorem, sicut DEO non tribuant. Quod cū
in facti controuersia positum sit, non debuit neq; potuit
ex Scriptura probari, vt supra etiā notauimus. Hoc enim
requirere non minoris stultitię est, quàm si accusator vel-
let, vt is, quem ipse reum homicidij vel furti agit, ex diui-
na Scriptura, vel ex ciuilibus legibus, ostendat innocen-
tiam suam, hoc est, se crimen nō patrauisse. Equidem vbi
oportuit, Scripturę testimonia non præteriuui, sed quod
in primis instituti mei erat, Catholicos quoad factum
attinet, innocentes esse, aliter mihi necessariò proban-
dum fuit, videlicet explicatione eius rationis, quam sin-
gulis in cultibus Ecclesia obseruat.

Ergo vt planiùs doceam, Catholicos non adhibere
imaginibus diuinum honorem, sicut DEO, fundamen-
tum vnicum breuiter repetam, quod in priori disputa-
tione positum, Heerbrandus conuellere nequaquam va-
luit. Illud est: rationem, qua honorare dicimur imagines,
longè diuersam esse ab ea ratione, qua honoramus res
alias, hoc est, DEVM, Sanctos, alios homines. Hos enim
vt absolutè, sine relatione ad aliud, cogitamus, sic etiam
honorare dicimur, quatenus per honoris officiū de ipsis
volumus, iuxta doctrinam superiùs traditam, commo-
uere opinionem eam, quæ in eorum excellentiam con-
ueniat: Imagines verò quemadmodum ad aliud quid-
piam cogitatione referimus, sic honorare dicimur, quia
coram illis actionem aliquam exercemus honorificam,
qua

Dispari modo
honorari imagi-
nes & Deum ac
Sanctos &c.

Cap. 3.

qua excitare volumus opinionem excellentem non de
ipsis quidem, sed de prototypo ad quod ipsa referuntur,
& cuius loco sunt quodammodo.

Ex quo intelligitur, verissimum illud esse, quod affir-
mari solet, eodem officij atque honoris genere, eodem
animi motu, hoc est, eadem voluntate excitandi opinio-
nem excellentem, honorari prototypum ipsum eiusque
imaginem. Nam imaginem, vt diximus, honorare est,
coram ipsa, tanquam prototypi secundum repræsenta-
tionem vicaria, velle de prototypo commouere excel-
lentem opinionem. Itaque idem venerationis motus ad
vtrumq; ipectat, sed tamen diuersa ratione. Nam ad pro-
typum pertinet, vt illi secundum se existimationem
conciat; ad imaginem autem vt coram ipsa, & in ipsa
tanquam in vicaria, existimatio eiusmodi cōciliatur pro-
typo, perinde ac si illud esset, sicut imago ipsa, præsens.

Atque huc pertinent sententiæ Patrum & Conci-
liorum, quas in priori disputatione tractauimus, scilicet
imagines non nisi relatiuè, vt dici solet, honorari, & ho-
norem, qui ipsis datur, ad prototypum referri, & nō ipsas
secundum se, sed in ipsis ac per ipsas prototypum hono-
rari &c. Quæ quidem etsi verissimè dicantur, omnino
tamē nihil obstant, quò minus intelligamus & fateamur,
verè quoque imagines ipsas honorari; non quidem ea ra-
tione qua honoratur prototypum, sed alia longè diuer-
sa, qua suo modo etiam propriè & verè dicimur in hono-
re habere eas res, quas nō nisi propter aliud, ad quod to-
ta honoris cæremonia pertinet, honoramus: Vt sacrum
volumè, vt vestes, & regias literas, vt legatos, vt alia huius
generis. Quibus tamen minimè volumus conciliare eam
excellentiæ opinionem, quam honoris cæremonia ipsis
adhibita propriè gignit, sed illis tantum ad quæ isthæc re-
feruntur.

Hoc licet colli-
gere ex B. Cyril-
lo Alex. li. 5. dia-
logorum de tri-
nit. paulò post
initiu vbi docet
exemplar & re
representatam
esse pro eodē re-
putanda. Basilio
li. de Spiritu san-
cto ad Amphilo-
chium ca. 18. &
Adriano 1. in e-
pistola ad Const-
stanti. & Irenē,
& Damascē, pas-
sim in tribus li-
bellis de imagin-
præsertim lib. 3.
paulò post me-
dium vbi in hęc
sententiam citat
aliud quoddā Cy-
rilli. Alex. aper-
tum testimoniu.
Cōc. 110. & de-
inceps.
Vide Damascē. li.
3. de imagin &
Synodum 7. act.
3. 4. 5. & 6. &
Conc. Trid. sess.
25.

Exponit huius-
modi aliqua exē-
pla elegāter Leo-
tius Episcopus
Neapoleos Cy-
pri. lib. 5. Apolo-
gię pro Christia-
nis cōtra Iudęos,
vt refertur in 7.
Synodo actio. 4.

Qua-

Vt Durandus li.
3. sent. d. 9. q. 2.

Sicut Leontius
vbi supra & A-
drianus 1. in epi-
stola ad Constā.
& Iren. ex sua &
aliorum patrum
sententia &c.
Conc. 115.
Habet huius rei
exempla in 7. syn-
odo præsertim
actione 2. & 6.
& passim apud
Damascentū, de
imaginibus præ-
sertim lib. 3.

Sic planè doce-
tur in 7. Synodo
actione 2. & 6.
Alia & alia ra-
tione coli Chri-
stū & ipsius effi-
giam.

In veneratione
imaginum San-
ctorum non ad-
hibetur honor
diuinus.

Quapropter non solūm hæretici errant, qui venera-
tionem imaginum infectantur, sed etiam illi minū circ-
cumspēctē loquuntur, qui, etsi probent Ecclesiæ vsū in
venerandis imaginibus, negant tamen ipsas propriè ho-
norari. Nam cū Patres interdum dicunt, nō ipsas ima-
gines, sed res, quas representant, honore affici, tantūm
docent, non honorari ipsas ea ratione qua prototypum:
Sed non negant tamen honorari verè suo modo. Vnde
in priori disputatione nostra notauimus, fieri interdum,
vt in eodem etiam sermone, modò illi affirmant, modò
negent, imagines honorari. Affirmāt, honorari relatiuè,
vt expositum est, negant, honorari sicut prototypum.

Quibus ita positis nihil facilius est, quàm docere, Ca-
tholicos sic honorare imagines, vt minimè tamen crea-
turæ adhibeant diuinum honorem, sicut DEO. Vene-
rantur illi tum CHRISTI, tum Sanctorum imagines: In
cultu CHRISTI imaginum, atque adeò etiam crucis, ho-
norem quidem vsurpant diuinum, sed non illum imagi-
nibus ipsis deferunt, sicut CHRISTO DEO ac Domino
nostro. Quod ex doctrina hætenus tradita, est perspicuū.
Nam ad CHRISTVM is honor pertinet, quatenus illi
conciliat existimationem DEO soli debitam; ad imagi-
nes verò, vt coram illis eiusmodi existimatio conciliatur
CHRISTO. Quæ duæ rationes adhibendi honorem di-
uinum CHRISTO vero DEO, & eius imaginibus, cū
longè diuersissimæ sint, luce clarius est, hoc imaginum
cultu non exhiberi honorem diuinum creaturæ, nempe
imagini sicut DEO, proindeque rationem Idololatriæ,
quæ in eo, vt supra disputauimus, consistit, nequaquam
hïc cerni.

Iam cū Catholici venerantur imagines Sanctorū,
ne vsurpant quidem honorem diuinum, tantum abest,
vt illum

vt illum imaginibus eiusmodi tribuant sicut DEO. Quia
enim iuxta superiùs dicta eas venerantur relatiuè, eodē
genere honoris illas afficiunt, quo prosequitur Sanctos: Cap. præcedēti.
Sanctis autem honorem diuinum minimè deferri, supra
demonstrauimus. Quocirca planū est, à Catholicis nul-
lam, in cultu imaginum, vel CHRISTI, vel Sanctorum,
Idololatriam admitti.

Porrò hæc, à nobis in altera disputatione pluribus Conc. 119. & se-
quent.
confirmata sic Heerbrandus oppugnat, vt non tam con-
cludat, imaginū venerationem esse Idololatriam, quod
erat tantūm præsentis instituti, quàm illam omnino esse
illicitam & prohibitam. Quanquam, vt est elegans, pro
eodem ipse accipit, cultum aliquem esse illicitum, &
esse Idololatriam. Cū tamen nemo ignoret, fieri posse,
vt aliquid illicitum sit, quod idem longè absit à ratione
veræ Idololatriæ. Etsi ergo ad pleraque eorum, quæ hoc
loco affert, cū extra propositum sint, respondere nulla
disputandi lege cogar, respondebo tamen sponte, ne vi-
dear cū illo agere summo iure; si tamen tantisper ille
quoque sententiam deponat suam, qua cultus omnes, ci-
tra legis necessitatem susceptos, Idololatriam facit, atque
ita patiat, me sponte laborem hunc sine eo crimine ad
gloriam DEI referre.

Primū repetit Scripturæ testimonia, ex quibus ap-
paret, DEVM prohibuisse, ne fieret vel colerentur simu-
lachra. Tædere meritò istos deberet huius argumenti,
cuius audierunt toties explicationem. Dixi in disputa-
tione altera, his in locis imaginum vsū impium dun-
taxat prohiberi, hoc est, quo ipsæ imagines per se, vel ob
inhabitatem dæmonem, vel ob creaturam aliam repren-
tata, diuinis honoribus afficiantur, iuxta Idololatriæ
genera ab Ethnicis olim vsurpata, quæ commemorauimus

Conc. 112.
Exod. 20.
Leuit. 26. &c.

Con. 128.

Cap. 4.

N mus

Cap. 4. mus suprâ. Atq; ideo afferui, eiusmodi Scripturæ loca ad
 Conc. illa 118. Ethnicos pertinere. Non quòd putauerim illis solis im-
 Conc. 121. & pio vsu imaginum diuinitus interdici, vt ex crassa quadâ
 145. vel ignorantia vel malitia Heerbrâdus sententiâ meam
 est interpretatus: sed quòd ipsi in primis illa ratione ima-
 gines coluerint, quæ in Scripturis damnatur & phibetur.

Sed neque inficior, omnino prohiberi quoque DE I
 imagines, eo sine factas, vt per illas ad viuum ipsa diuini-
 tas exprimat. Nam & hoc nefas esse, diuinæ literæ de-
 clarant. Illud tantùm contendo, non omnem imaginum
 venerationem esse prohibitam, sicut neq; omnis earun-
 dem vetatur vsus, tametsi generatim etiam dicatur: Non
 a Exod. 20. *facies tibi sculptrile, neq; omnē similitudinē &c. Constat
 b Exod. 23. enim iussu DE I ^b aliquot imagines olim fabricatas fuisse.
 Numer. 21. Neq; absurdè profectò putaueris, B. Petrū insinuauisse,
 1. Petr. 4. cultum aliquem simulachrorū (nempe sacrarum imagi-
 num) rectum esse, cùm fideles nominatim ab illicitis ido-
 lorū cultibus, deterrere voluit. Quid enim attinebat, ita
 determinatè cultus simulachrorum illicitos notare, si o-
 mnino nullos simulachrorū cultus licitos esse censuisset.
 Sanè cùm cædem hominis iniustâ audimus, iure hominē
 cædi aliquâdo posse, intelligere cōsueuimus. Nec si à bla-
 sphemia aut alio facinore, semp ac omni ratione illicito,
 quempiam auocare velis, opus est, vt vel illicitâ blasphemiam
 vel illicitum crimen dicas. Quemadmodū igitur
 cùm illa diuinæ legis verba audis, Nō occides; cædem ho-
 minis duntaxat iniquâ vetari intelligis; ita etiâ intelligas
 oportet verbis illis, Nō facies tibi sculptrile &c. impiū tan-
 tummodo imaginū vsu & cultū, vt diximus, prohiberi.

Conc. 121. & At non satis Heerbrando fuerit, quòd imaginum ve-
 132, &c. neratio non prohibeatur in Scripturis: Scripturas requi-
 rit, quibus illa etiam probetur. Iam sæpe in superioribus
 ostensum

ostensum est, facere ipsum pueriliter & ridiculè, cùm ple-
 raque humanarum actionum sint genera, quæ licet di-
 fertè in scripturis non præcipiantur, aut etiam commen-
 dentur, at sunt tamen licita & vtilia. Alioqui quomodo
 probabūt nobis aduersarij, se rectè facere, quòd imagines
 CHRISTI & Sanctorum, in templis saltem retinent ad
 memoriæ vsu? An est aliquis Scripturæ locus, quo di-
 fertè institutum hoc vel præcipiatur, vel laudetur? Mitto,
 verbum DE I latius patere, quàm Scripturæ characteres.
 Quod ex ipsa Scriptura euidentè apparet. Nā verba Chri-
 sti sunt, ^a Qui vos audit, me audit, & Ego ^b vobiscum sum
 (vtiq; nō mutus) omnibus diebus vsq; ad consummatio-
 nem seculi, & ^c Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis
 omnia, quæcunq; dixero vobis, hoc est, sine characteri-
 bus etiam perferet Spiritus sancti ad vos verba mea; sicut
 antè quoq; per Isaiam Dominus promiserat: Hoc fœdus
 meum cum eis, dicit Dominus, Spiritus meus qui est in
 te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, nō recedent de ore
 tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis feminis tui, di-
 cit Dominus, a modo & vsq; in sempiternum.

Hæc igitur & similia Scripturæ testimonia, si nihil
 aliud esset, sufficere debēt, vt intelligamus imaginū vene-
 rationē, Ecclesię voce atq; vsu confirmatâ, DE I etiâ ver-
 bo approbari, nec vllū esse institutū ab Ecclesia Catholica
 receptū, de quo prorsus Scripturæ fileant. Nā generatim
 certè illud probant, cùm Ecclesię auctoritatem, vt Au-
 gustinus ait, nobis cōmédant. Qua de re cùm alterius lo-
 ci controuersia sit, non est modò differendum copiosius.

Veniam ad sententias patrum, quas Heerbrandus
 adulterat. Ireneus Carpocratianos hæreticos dānat, non
 quòd imagines CHRISTI venerarentur vt nos, sed quia
 illas, vnâ cum aliis profanorum hominum imaginibus,
 ritu planè Ethnico & superstitioso colerent, atque adeò

Cap. 2.

Quomodo ima-
 ginū cultus ver-
 bo Dei nitatur.
 a Luc. 10.
 b Matth. vlt.
 c Ioan. 14.

Isaia. 59.

Lib. 1. contra
 Cresconū Grā-
 maticum ca. 25.

Lib. aduersū
 hæreses, cap. 24.

vt verisimillimum est, magicè quoque vsurparent. Artes enim illi magicas, vt Irenæus disertis verbis testatur, & incantationes exercebāt. Quam superstitionem in iisdem Epiphanius notauit, qui apertius ait, ipsos incantationes & veneficiā & Idololatrias perfecisse. Quanquam non dicit, vt Heerbrandus falsò citat, Carpocratem occultè fecisse imaginem C H R I S T I, Pauli &c. Tantùm refert, Carpocratianos imagines quasdam occultè habuisse, quas ipsi dicerent esse IESV, sub Pontio Pilato factas. Atq; has, inquit, Epiphanius cum Pythagore, Platonis, Aristotelis & aliorum Philosophorum imaginibus collocatas adorant, & gentium mysteria perficiunt; hoc est, ita eis sacrificia & cultum adhibēt, tanquam in illis aliquid numinis inesset, &c.

Eodem capite.

Tom. 2. li. 1. contra hæreses hærefi 27.

Conc. 123.

Lib. 1. de hæresibus ad Quodiuultidæum hæref. 7.

Conc. 126.

Conc. 126.

Lib. de moribus Ecclesiæ Catho. cap. 34.

Lib. 7. epistolæ ad Serenum.

Eòdem spectat quod D. Augustinus perhibet ex istorum secta fuisse quandam Marcellinam, quæ imagines non tantùm C H R I S T I & Pauli, sed etiam (quod Heerbrandus artificiosè textit) Pythagoræ & Homeri adoraret, vtique profanè ac magicè, sicut eius magistri. Cuius foemina priuatâ superstitionem narrat quidem illic Augustinus obiter, sed nequaquam genus ipsum venerationis imaginum absolutè (vt Heerbrandus falsariè citat) inter hæreses numerat. Pari ratione quod idem alibi scripsit, ab Ecclesia Catholica damnari sepulchrorum & picturarum adoratores, ad aliquam superstitionem, qua imagines vel sepulchra pro numine diuino colerentur, referendum est. Neque vnquam Heerbrandus ostendet, eum de hoc ipso genere cultus loqui, quod vniuersa Ecclesia probauit.

Sic Beatus Gregorius, adorationem imaginum eam tantùm cauendam esse monuit, qua imaginibus ipsis perse, diuinus honor deferatur. Nam relatiuam illam, à nobis

bis suprâ defensam, idem certè Gregorius non oratione solum, sed exemplo etiam suo pulchrè explicauit & asseruit his verbis: Scio equidem quòd imaginem Saluatoris nostri non ideo petis, vt quasi D E V M colas (attendat Heerbrandus cuiusmodi adorationem alibi vituperet Gregorius) sed ob recordationem filij D E I in eius amore recalescas, cuius te imaginem videre consideras. Et nos quidem, non quasi ante diuinitatem, ante illam prosternimur, sed illum adoramus quem per imaginem aut natum aut passum, sed & in throno sedentem recordamur, & dum nobis ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filium D E I reducit, animum nostrum aut de resurrectione lætificat, aut de passione demulcet. Ideoque direximus tibi imaginem Saluatoris D E I & Sanctæ D E I genitricis &c.

Lib. 7. epistolæ ad Serenum. 53. ad Secundinum.

Qua ratione Gregorius veneratus sit Christi imaginem.

Iam Clemens Alexandrinus, aduersus gentium simulachra tantùm disputat, quæ vel diuinitatem continere putarentur, vel ad viuum illam referre, vel arte fallaci fierent & accommodarentur ad vsum magicum, vel denique adorarentur ipsa pro D E O. Quanquam Heerbrandus quædam ex hoc Clemente citat, quæ non reperiuntur in illius operibus.

Ita apparet ex eiusdè li. 6. stroinat. sub finem. & oratione ad gentes.

Conc. 124.

Epiphanium concidisse velum, in quo esset C H R I S T I imago, sensisseq; imaginum vsum ac venerationem esse superstitionem, commentitium plerique, non sine ratione arbitrantur. Nā si ea epistola, vel certè fragmentum eius in quo id narratur, Epiphanius esset, neutiquam illud præteritum fuisset ab Iconomachis in 7. Synodo, qui ad eò huius Epiphanius auctoritatem cõtra imaginum vsum opponere cupuerunt, vt testimonium etiam nescio quod à Manichæis confictum, illius simulato nomine, contra imagines producerint.

Vt refert Heerbrandus Conc. 125. ex quadam epistola ad Ioan. Hierosolymitanum Patriarchā.

Sicut apparet ex ea Synodo actione 6. tom. 5.

Li. 9. epistolari, episto 9. quæ idè ferè continet, q epist. 109. li. 7. ad eundè Serenum Episcop. Masiliensem.

Accedit, quod B. Gregorius cum Serenum Episcopum reprehenderet quod imagines confregisset, inter alia sic illum vrget: Dic frater, à quo factum Sacerdote aliquando auditum est, quod fecisti? Hoc certè credibile nō est, tantum Pontificem in graui causa Episcopi dicturum ad eò confidenter fuisse, si Epiphanius, & ipse Episcopus, ac Doctor celebratissimus, simile facinus vnquā designasset. Neque enim potuisset exemplum hoc temporibus illis vsque ad eò ignorari. Assuta videtur igitur illa epistola, vel certè fragmentum illud epistolæ, non modò Epiphaniij operibus, sed etiam Hieronymianæ versionis. Quanquam si maximè factum illud Epiphaniij exploratum esset, nonne plus ponderis apud nos Ecclesiæ totius auctoritas atq; vsus habere debet? Et cur Heerbrandus, non obstante auctoritate atque exemplo Epiphaniij, fatetur, vsus imaginum historicum in Ecclesia tolerabilem esse? Certè si epistola illa, quæ fertur Epiphaniij, tam irrefragabilis auctoritatis est, quàm Heerbrandus esse vult, non magis ipsi & collegis licebit imagines omnino retinere, quàm nobis easdem venerari. Siquidem in illa Epiphanius, & concidisse imaginem, & prorsus imaginum omnem vsus damnasse perhibetur. Quare non contra nos modò, sed contra se suosque Heerbrandus pugnat, cum Epiphaniij auctoritatem hoc loco tantopere vrget.

Conc. 122.

Conc. 134.

Iam quod præterea narrat de Francfordiana Synodo, in qua sub Carolo Magno Synodus 7. hoc est, altera Nicæna, quæ venerationem imaginum asserit, damnata fuerit, merum Euangelicorum figmentum est. Nam Synodus verè Francfordiana sub Carolo Magno habita, non damnauit hanc septimam Synodum, pro imaginibus sub Constantino & Irene Nicææ celebratam, sed aliam pseudosynodum,

dosynodum, Constantinopoli ab Iconomachis habitam contra imagines; quam ipsi quidem Septimam generalem appellari voluerunt. Quod cum ab aliis sufficienter demonstratum sit, non est necesse, nunc idem pluribus probare.

Vide Alanum Copum dialogo 4. & 5.

Superfunt Augustini testimonia duo, quæ cum in altera disputatione euidenter ostenderim, nihil omnino aduersari venerationi imaginum, magna profectò est Heerbradi pertinacia, quod illa rursus opponere nō est veritus. Primò igitur inter Idololatriæ genera ab Ethnicis vsurpata, vnum commemorat Augustinus his verbis: Videntur autem sibi purgationis esse religionis, qui dicunt, nec simulachrū, nec dæmonium colo, sed per effigiem corporalem eius rei signum intueor, quam colere debeo: Ita verò interpretantur simulachra, vt alio dicant significari terrā, vnde templum solet appellari Telluris, alio mare, sicut Neptuni simulachro, alio ignem, sicut Vulcani &c. Quorum simulachris eadem nomina sicut telluris imponunt. De quibus rursus cum exagitari cœperint quod corpora colant, maximeq; terram & aërem & ignem &c. respondere audent se non ipsa corpora colere, sed quæ illis regendis præsident, numina.

Conc. 128. & deinceps.

Conc. 146. & seq.

Super Psal. 113.

Hoc loco perspicuum est, eorum Ethnicorum Idololatriam ab Augustino notari, qui vt suprà recensuimus, ad varias mundi partes accommodabant simulachra: Quas quidè diuinis honoribus afficiebant non per se, sed quia falsò arbitrabatur, aliquid quod ipsis tanquā forma vel anima cohæreret, esse mentem diuinam, quæ varias in partes diffusa distributaq; mundum regeret. Vnde fiebat vt creaturam insipienter venerarentur illi pro Deo. Nam quicquid diuifum est, & mundi partibus tanquam forma cohæret, creatura est, vt suprà dicebamus.

Cap. 4.

Mani-

Manifesta igitur calumnia est, locum hunc accomodare velle ad Catholicos, quos probè scit Heerbrandus diuinum honorem in yeneratione C H R I S T I imaginum vsurpatum, non ad numina phantastica, vt illi Ethnici, sed ad C H R I S T V M D E V M verum ac Dominum nostrum referre.

Conc. 147.
& 149.

» At inquit, similitudo est, i. quòd pontificij cultum ad
» prototypum referunt, vt illi faciebant. Imò Idololatria
» & impietate, inquit, Ethnicos illos longè superant, quòd
» non repræsentatum tantùm per effigiem corporalem, vt
» illi, sed etiam imagines ipsas eadem specie cultus colunt.
» 2. Papistæ, aliis simulachris, alios Deos, vt illi, repræ-
» sentari dixerunt: Diua virgo M A R I A vt magna Deùm
» olim mater, misericordia, vita, dulcedo, &c. 3. Simu-
» lachris eadem nomina Diuorum imposuerunt, Hæc est
» Diua M A R I A, hic Sanctus Ioannes &c. 4. Vt Ethnici,
» ita hi quoque, ait, hoc nomine exagitati, quòd lignum,
» lapides, &c. colant, longè Ethnicis absurdiora & magis
» impia & idololatræ respondent, non modò non negan-
» tes, vt illi, corpora illa, id est, imagines se colere, sed etiam
» eadem specie cultus qua repræsentatum.

Depulsio calu-
mniarum Heer-
brandi.

Vel iocatur Heerbrandus, vel desipit, vel mentitur. Vtar & ego numerorum notis, vt eo breuiùs vanissimam cauillationem repellam, & lector faciliùs discernat, quid cuique respondeat. i. Ethnici illi non eo ipso idololatræ fuerunt, quòd cultum diuinum imaginis ad prototypum referebant; sed quia referebāt ad prototypum quod erat creatura. Hoc cum nos non faciamus, nequaquam, vt illi, sumus idololatræ. Neque ipsi, eo modo profiteamur adorare nos C H R I S T I imagines, quo illi adorare se simulachra negabant, videlicet secūdum se. Etsi enim cultum diuinum in illarum yeneratione vsurpemus, ad C H R I-

S T V M

Qui differat ve-
neratio sacrarū
imaginum, à su-
perstitione Eth-
nicorum.

S T V M tamen referimus eum, vt suprà explicatum est.
2. Non succurrit aliud vocabulum ad significandū quod volo, præterquam (mendacium). Et quòd illud conueniat, facile intelliget lector ex dictis suprà, in loco de Sanctis. 3. Sacræ Scripturæ phrasis est illa. Nā Angeli propter similitudinem, quam præferabant, virorum, *viri nomi-
nātur: tum etiam effigies, bouum, leonum, & cherubim, boues, ^b leones, & cherubim absolutè dicuntur: & nihil vsitatius, quàm vt simulachrū Cæsaris, Cæsar, Ciceronis Cicero, appelletur. Neque ideo illi Ethnici fuerunt idololatræ, quia simulachrum Telluris, Tellurem appellabant, sed quia per id simulachrum referebant diuinum honorem ad creaturam. 4. Negabāt quidem illi Ethnici, se ad imaginem ipsam diuinum honorem referre, sed fatebantur tamen, referre se illum ad aliud quiddam, quod erat reuerà creatura; id quod fuit impium. Ipsi autem in yeneratione C H R I S T I imaginum, honorem diuinum sic vsurpamus, vt per illum, non ipsis imaginibus per se, sed C H R I S T O illis repræsentato existimationē velimus conciliare diuinam; atque eatenus docemus, eum honorem spectare suo modo ad imaginem. Quod suprà demonstrauimus, neque absurdum, neque impium, neque Idololatricum esse.

Cap. 6.

a Gen. 8.

b 3. Reg. 7.
Et de cherubin
habetur etiam
Exod. 25. & 37.
Numer. 7. &c.

Alterum testimonium Augustini sic habet; Quis autem adorat vel orat, intuens simulachrum, qui non sic afficitur, vt ab eo se exaudiri putet? Ostendi in priori disputatione, sententiam Augustini hoc loco non esse, neminem omnino posse adorare vel orare intuendo in simulachrum, quin cōtinuò habeat illud pro D E O, (cui enim hoc Augustinus persuasisset,) sed contra quosdam tantum gentiles ipsum agere, qui simulachra sic venerabantur,

In eundē P&L.

» 113.

» Conc. 146.

O

tur,

tur, vt factō ipso ostenderent, ea se rebus illis antepo-
nere, quas per ipsa significabant. Nam vt illic Augu-
stinus subiicit, adorantes simulachrum Solis vel Ma-
ris, tergum ipsi Soli & Mari vertebant, quasi maior ef-
set in his virtus, quæ similia hominum esse videbant,
quàm in Sole & in Mari, sensus & figuræ humanæ ex-
pertibus.

De illis igitur qui ita peruersè adorarent simulachra
Augustinus loquens, ait, Quis autem (eiusmodi videli-
cet hominum) adorat vel orat intuens simulachrum, qui
non sic afficitur, vt ab eo se exaudiri putet. Ex hoc con-
clusi, hunc Augustini locum Caluino^a quidem aduersa-
ri, qui impudenter contra^b Scripturam neget, vel Israëli-
tas olim, vel vltos Ethnicos habuisse pro DEO ipsa simu-
lachra, (quod placitum^c Heerbrandus etiam, etsi furtim
ac timidè, insinuat se probare) ad nos autem nihil perti-
nere; quippe cum minimè, sicut illi Ethnici, plurtis facia-
mus imagines, quàm prototypum, neque in ipsis, tan-
quam in Diis, collocemus nostram spem, vt hæretici no-
bis obiiciunt.

Hic^d Heerbrandus, valde religiosè scilicet, Optan-
dū sanè esset, inquit, mēdaciter ista à nobis obiici aduer-
sariis. Imò verò optandū esset Heerbrande, vt aliquando
tandē desineres mendaciter ista obiicere, salutiquē tuæ
p̄spiceres, & ad Ecclesiam redires, qui iam senex es, bre-
ui daturus perfidiæ pœnas, nisi tēpestiuè resipiscas. Nam
quòd de peregrinationibus ad Diuos opponis, in altera
disputatione^e respondi, nequaquam illas esse argumen-
to, quòd Catholici Diuorum imagines pro Diis habeāt,
vt^f Calvinus etiam (cuius tu quidem studiosus videris,
quantumuis^h dissimules) nugatus est: sed quòd certa illi
ex-

a Li. 1. instit. c. 11. præfertim, fest. 9.
b Exod. 32. Sapi. 13. & 14. psalm. 113. Egi. 41. & 44. Osæe 8. Amos. 5. Act. 7. 1. ad Cor. 8. & 12. &c.
c Vide disp. nostrā conc. 133. & deinceps.
d Conc. 24. vbi p̄ Caluino obi-
ter allegat quod præco, Exod. 32. dixerit: cras est solenni-
tas Dñi; non vituli. Sed stultum valde est ex eo vituli Dei nomi-
ne affecerint, col-
ligere, illos non habuisse vituli pro Deo.
e Conc. 151.
f In i'la conc.
g Conc. 147.
h Li. instit. c. 11.
i Conc. 147.

experientia nouerint singulariter quibusdam in locis
Diuos quosdam, per eorundem imagines, venerantibus
solutum esse DEVM præclara impertiri beneficia. Quod
ille quidem magno consilio atque prouidentia facit, vt
ea ratione, quæ ad humanam conditionem est accom-
modatissima, crescat & accēdatur magis fidelium deuotio atque pietas.

Quòd si maximè verum esset, Heerbrande, quod ais, aliqua miracula in v̄sū imaginum esse ab impostoribus simulata, hoc quidem nihil detrahit miraculis veris, quæ multa^a acciderunt, neque veneratio imaginum propterea est abolenda. Quid enim est tam religiosum, tamque vtile, quo non interdum homines peruersi ad scelus abutantur? Sanè minimè conuenienter Ecclesia faceret, si Sacramenta diuinitus instituta, & sacram Scripturam ideo abiiceret, damnaretque, quoniam vos ista sacrilegè tractatis.

At cum imagines, vel Crux Dominica benedicitur in Ecclesia, orationes quædam adhibentur (nam & hoc quoque obiicit Heerbrandus) quæ indicant, Catholicos ab ipsa Cruce & imaginibus sperare salutem, Ethnicorum more, qui dicebant ligno, libera me, quia DEVS meus es tu. Respondeo, in Pontificali Romano, quod Heerbrandus citat, eas ego hac de re orationes inueni, ex quibus euidenter apparet, non esse eam Ecclesiæ Catholicæ mentem. Et quoniam precationibus delectatur Heerbrandus, non erit abs re has proferre, vt sint veluti antidotum earum, quas Heerbrandus in disputatione sua partim comminiscitur, partim peruersè interpretatur.

a Vide Germanum Patriarcham Constantinopolit. in epistola ad Thomam Episcopum Claudio-poleos.

Conc. 138. & deinceps.

Isai. 44.

Igitur in benedictione crucis, commemorata prius
 ,, CHRISTI passione, sic dicitur: Te supplices exora-
 ,, mus, vt hoc singulare signum, quod ad exemplum primi
 ,, illius sacratissimi que vexilli, quo pretioso sanguine filij
 ,, tui triumphasti, fidelium tuorum deuotione compa-
 ,, ctum erectum que est, tua cœlesti benedictione sanctifi-
 ,, care digneris, VT OMNIBVS HIC GENV FLECTEN-
 ,, TIBVS, AC TVÆ MAIESTATI SVPPPLICANTI-
 ,, BV S, largior & cordis compunctio, & admissorum con-
 ,, cedatur remissio; atque intercedente ipsa victoriosissima
 ,, vnigeniti filij tui passione, & tibi placita postulare, & ci-
 ,, tius valeant postulata percipere. DA, QVÆ SVMVS,
 ,, CLEMENTISSIME PATER, IN QVO VIVIMVS,
 ,, MOVEMVR, ET SVMVS, vt quoties triumphum di-
 ,, uinæ humilitatis, quæ superbiam nostri hostis deiecit,
 ,, oculis intuemur, quotiesque mente recolimus, & con-
 ,, tra hostem ipsum, fiduciam fortitudinis, & maiorem tibi
 ,, deuoræ humilitatis gratiam consequamur. Quatenus in
 ,, illo tremendo tuæ maiestatis examine, cum pauentibus
 ,, elementis, cœlorum que tunc commotis virtutibus, li-
 ,, gnum istud glorificum redemptionis nostræ apparuerit
 ,, in cœlo, ipsi de morte ad vitam transire, ac perpetua bea-
 ,, tæ resurrectionis videre gaudia mereamur. PER DO-
 ,, MINVM NOSTRVM IESVM CHRISTVM FI-
 ,, LIVM TVVM, &c. Item dicitur: Sanctificetur istud
 ,, lignum in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti: & be-
 ,, neditio illius ligni, in quo sancta membra Saluatoris sus-
 ,, pensa sunt, sit in isto ligno, VT ORANTES INCLI-
 ,, NANTESQVE SE PROPTER DEVM ANTE ISTAM
 ,, CRUCEM, inueniant corporis & animæ sanitatem. Per
 ,, eundem Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, Amen.
 Hinc

Oratiões quas
 Catholici an-
 te crucē fun-
 dunt, non ad
 crucē ipsam
 sed ad Deum
 dirigunt.

Nō ligno, sed
 Deo dicimus,
 pater meus
 es tu,

Hinc perspicuum est, cum aliās ipsa crux appellatur
 remedium & redemptio &c. loquutiones has accipien-
 piendas esse relatiuè, vt scilicet intelligantur pertinere
 ad passionem & mortem Domini, signo crucis repræsen-
 tatam. Item liquidò ex his constat, Catholicos non ipsi
 cruci, quod ad rem attinet, supplicare, sed DEO, coram
 illa. Neque verò lignum crucis, aut imaginem sanctifica-
 ri vel benedici, hoc loco aliud est, quàm solennibus pre-
 cationibus fufis ad DEVM, destinari ad pium vsum fide-
 lium, vt nimirum coram illis religiosè atq; vtiliter DEO,
 propter merita CHRISTI, supplicent: quod ex iisdem
 orationibus apparet.

Quid sit apud
 Catholicos li-
 gnum crucis, vel
 imaginē sanctifi-
 cari ac benedici.

Eadem omnino sinceritas in benedictione imagi-
 num aliarum elucet. Nam Beatissimæ Virginis ima-
 go hac oratione benedicitur: Omnipotens sempiterne
 DEVS, clementissima cuius dispensatione, cuncta crean-
 tur ex nihilo, hanc imaginem IN HONOREM PIIS-
 SIMÆ GENITRICIS Filij tui Domini nostri IESV
 CHRISTI venerabiliter adaptatam, benedicere & san-
 ctificare digneris; ET PRÆSTA, MISERICORDIS-
 SIME PATER, PER INVOCATIONEM NOMINIS
 TVI ATQVE EIVSDEM VNIGENITI FILII TVI
 DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, quem pro sa-
 lute generis humani, integritate virginis Mariæ serua-
 ta, incarnari voluisti, QVATENVS PRECIBVS EIVS-
 DEM SACRATISSIMÆ VIRGINIS, QVICVNQVE
 EANDEM MISERICORDIÆ REGINAM ET GRA-
 TIOSISSIMAM DOMINAM NOSTRAM, CORAM
 HAC EFFIGIE SVPPLICITER HONORARE STV-
 DVERIT, de instantibus periculis eruatur, &c. PER EVN-
 DEM DOMINVM NOSTRVM IESVM CHRISTVM &c.

Imaginum
 in Ecclesia in-
 stitutum, ad
 prototypi ho-
 norem perti-
 net.

Catholicis in-
 primis Deum
 et Filium eius
 Iesum Chri-
 stum inuocant.
 Non ab ipsa
 imagine quod-
 quam petit,
 sed coram ima-
 gine B Virgi-
 ni supplicat,
 vt tantum in-
 tercedat suis
 precibus.

Pro

In quem finē
Ecclesia refe-
rat vsum ima-
ginum.

Pro benedictione imaginum aliorum Sanctorum
hæc tantum oratio communis ponitur: Omnipotens
sempiternus DEVS, qui Sanctorum tuorum imagines seu
effigies sculpi aut pingi nõ reprobas, vt, quoties illas ocu-
lis corporeis intuemur, toties eorum actus & sanctita-
tem ad^a imitandum memoriæ oculis meditemur, hanc,
quæsumus, imaginem seu sculpturam IN HONOREM
AC MEMORIAM BEATI. N. Apostolici vel Martyris,
vel Confessoris, aut Pontificis, aut Virginis, adaptatam,
benedicere ac sanctificare digneris. Et præsta, vt **QVI-**
CVNQVE CORAM ILLA IPSVM GLORIOSIS-
SIMVM APOSTOLVM tuum vel Martyrem, vel
Confessorem vel Virginem suppliciter honorare stu-
duerit, illius precibus ac obtentu à te gratiam in præsen-
ti, & æternam gloriam obtineat in futuro. **PER** DOMI-
NVM NOSTRVM IESVM CHRISTVM FILIVM
TVVM &c.

Conc. 142.

Colligat ergo Heerbrandus hinc sensum, ad quem
accommodare debeat aliarum orationum verba. Quan-
quam illa precatiuncula (quam ille refert) ad Veroni-
cam: Nos perduc ad patriam ô felix figura, ad videndam
faciem, quæ est CHRISTI pura &c. sicut & nonnullæ
aliæ, apocrypha videntur. Possent autem & huius item esse
sensus, vt CHRISTVS cuius beatum atque felicem vul-
tum ea figura refert, fideles in hoc exilio peregrinantes,
ad cœlestem aliquando patriam perducatur, vt ipsius augu-
stissimo conspectu, quo ne Angeli quidem satiari pos-
sunt, perfrauentur. Quamobrem desinat Heerbrandus
aucupari verba, sensum attendat, & non sit, vt hætenus,
interpretis malitiosus.

UT

UT IMAGINIBVS, SIC
ETIAM SACRIS RELIQUIIS
HONOREM ADHIBERI SINE
crimine Idololatriæ.

CAPVT VIII.

VIVS Heerbrando^a sum in disputatione^b al-
tera, valde callidè (vt ille ait) probauisse, Ca-
tholicos, venerandis sacris reliquiis, nequa-
quam adhibere diuinum honorem creatu-
ræ sicut DEO. Attendat obsecro lector, Vtrum hæc à
me callidè disputata fuerint: Reliquias sacras duplici ra-
tione venerari dicimur. Primò, quoniam ipsas per se re-
uerenter tractamus, & custodimus, & suspicimus &c. eò,
quòd sanctorum hominum, (qui viua membra CHRIS-
TI, & Spiritus sancti templum fuerunt) aut corpora
sunt, aut corpora attigerunt, aut etiam extiterunt partes.
Secundò, veneramur illas quoq; relatiuè, eodem cultus
genere, quo illos quorum sunt reliquiæ, cum videlicet,
reliquiis præsentibus, in illos animum intendimus, ad eò-
que cultum omnem coram reliquiis vsurpatum, ad ipsos
referimus.

Priori reliquias venerandi modo, cum nihil omni-
no diuinum adhibeatur, satis constat, honorem diuinum
creaturæ non tribui sicut DEO. Posteriori autem, cum
reliquias sacras relatiuè etiam, vt imagines, (quamuis
fundamentum relationis non idem penitus existat vtro-
bique) veneremur, non magis diuinum honorem crea-
turæ, sicut DEO, deferimus, quàm cum colimus
imagines. Primùm enim vt honor, quo Sanctorum
imagines veneramur, diuinus non est, sed ille idem,
quo

^a Conc. 153.
^b Conclu. 123.
124, 125. quæ p
instituto meo
fuerunt sacris.

Duplex ratio ve-
nerandi reliquias.

Nulla modo ve-
nerandis reliquiis
trāsferri ad crea-
turam honorem
Dei proprium.

quo Sanctos ipsos, sic etiam neque is, quo relatiuè veneramur eorundem reliquias.

Ad honorandum autem relatiuè lignum crucis, cui **C H R I S T V S** affixus est, & si quid aliud est reliquum, quod peculiari ratione ad **C H R I S T V M** pertinuit, quamuis latrariam vsurpemus, non illam tamè ad ipsum lignum, similè sue **C H R I S T I** reliquias secundum se, sed ad **C H R I S T V M** ipsum, verum **D E V M**, referimus, sicut illam etiam, quam in veneratione eiusdem **C H R I S T I** imaginum adhibemus. Itaque non ipsis per se reliquiis diuinitatis propriam opinionem conciliare volumus, sed **C H R I S T O**, ad quem illæ habent singularem relationem. Cuius quidem rei prudenter admodum nos admonuit diuus Ambrosius, qui cum diceret, Helenam, inuenta cruce dominica, adorauisse **C H R I S T V M**, (vtique coram illa) eamque crucem leuauisse in capite Regum, vt in Regibus adoraretur: Item clauos **C H R I S T I** in honore habitos; illud ait tamen, Helena non lignum vtique adorauit (intellige, secundum se) quia hic gentilis est error & vanitas impiorum, sed adorauit illum, qui pependit in ligno, scriptus in titulo; hoc est, ad **C H R I S T V M** ipsum adorationem coram cruce adhibitam retulit. Quòd igitur venerandis in hunc modum relatiuè sacris reliquiis, aut **C H R I S T I**, aut Sanctorum, minimè tribuamus creaturæ honorem diuinum, sicut **D E O**; iisdem prorsus rationibus euincitur, quibus supra demonstratum est, minimè nos id facere colendis imaginibus.

Qua quidem in re ita breuiter tradenda, non ego sanè callidus fui, vt ait Heerbrandus; sed ille potius in eadem oppugnanda partim ineptus, partim subdolos. Ineptus quod

Quomodo adoratur sacrum lignum crucis.

In oratione de obitu Theodoffi Imperatoris.

Conc. 158.

quòd vrgere pergat, venerationem reliquiarum diuinis literis non præscribi. Item, Idololatriam veram non esse tantum, vt nos dicimus, exhibere creaturæ diuinum honorem sicut **D E O**. Arundinea ista tela iam supra vsque ad atomos comminuta sunt. Quanquam nec^a Iosephi, neque^b Stephani corpus, tractari absque aliqua reuerentia sic potuit, vt Scriptura commemorat, quicquid tergiueretur Heerbrandus.

At, inquit, aliquot sæculis communi matri terræ sunt commendata funera. Quasi verò nos sepultura priuandos esse defunctos cõtenderemus. Aliud est, recens mortuos non sepeliri aliud, Sanctorum defunctorum corpora aut reliquias vel in sepulchris vel in capsulis custoditas haberi in honore, coram ipsisq; Sanctorum patrociniū singulari deuotione implorari. Quod pietatis genus non solum auctoritate & vsu Ecclesie, sed etiam exemplis mirabilibus confirmatum est. Neque ad rem facit, quòd Augustinum & Chrysostomum, Heerbrandus refert, reprehendere eos, qui Euangelij verba è collo suspensa gestant. Quanquam non aliud volunt illi patres, quàm, quòd **D E I** verba præcipuè sint in corde circumferenda.

Hactenus Heerbrandus ineptus; in eo verò pueriliter subdolos, quòd testimonium Diui Augustini quoddam sic citat, vt videatur ille dixisse, malè factū esse, quòd terra, ex sepulchro Domini comportata, defossa fuerit in loco, qui ad orationum & aliorum sacrorum vsū destinaretur; cum tamen adeò non hoc dixerit Augustinus, vt etiam probauisse se id factum cõfirmauerit, subiiciens miraculum, quod eo in loco diuinitus cõtigit. Hæc enim sunt ipsius verba: Fortè accidit, vt ego, & collega tum meus, Episcopus Sinicensis, Maximinus in proximo essemus, vt veniremus rogauit (qui terram sanctā habebat)

P

& ve-

Con. 156.

Cap. 1. & 2.

a Genes. 50.

b Actor. 8.

Conc. 159.

Legè B Ambro. episto. 85. ad sororem & B. August. li. 22. de ciuit. Dei cap. 8. & deinceps.

Conc. 158.

Conc. 164.

Lib. 22. de ciuit. Dei c. 8.

» & venimus. Cumque nobis omnia retulisset, (quomodo
 » scilicet spectra ex ipsius edibus fugata fuissent) etiam hoc
 » petiuit, ut infoderetur alicubi (terra illa sancta) atque ibi
 » orationum locus fieret, ubi etiam possent Christiani ad
 » celebranda, quæ DE I sunt, congregari. Non restitimus,
 » inquit Augustinus, factum est. Tum subdit, Erat ibi iuue-
 » nis paralyticus rusticanus, qui hoc audito, petiuit à pa-
 » rentibus suis, ut illum ad eum locum sanctum nõ cunctã-
 » ter afferrent; quò cum fuisset allatus, orauit, atque inde
 » continuo pedibus suis saluus abscessit.

Conc. 164. Animaduertat nunc lector, qua fide, & quo contextu
 orationis Heerbrandus hæc, quæ sequuntur, verba con-
 » iungat. Non restitimus (inquit Augustinus) factum est.
 » Sed certè malè factum est. Et idem alibi: Talia multa,
 » propter quarũdam vel religiosarum, vel turbulentarum
 » personarum scandala deuitanda, liberius improbare non
 » audeo. Sed iterum malè. Hactenus Heerbrãdus. Ex quo
 ego quæro, vtrum illa verba (sed certè malè factum) inter-
 posuerit tanquam Augustini. an, tãquam sua? si tanquam
 Augustini, falsarius fuit. Si tanquam sua, impostor, qui
 orationis serie voluerit incautum lectorem decipere, ut
 facile putare posset, ea verba esse Augustini. Nam quòd
 ipse illis verbis voluerit potiùs temerè reprehẽdere Au-
 gustinum, quòd in illud factum consenserit, potest qui-
 dem vtrunque colligi ex his quæ initio illius thesis dixe-
 rat, sed non adèò facile. Deinde etiam quæro, cur non ci-
 tauerit Augustini locum, ubi ille dicat, se talia, hoc est, ve-
 nerationem reliquiarum, propter scandalum vitandum
 permittere? Vtrum erat facilius locũ indicare, an in mar-
 gine maiusculis, quod Heerbrandus fecit, ponere, NO-
 T A B E N E. Certè si sententia illa Augustini est, & ad
 propositum spectat, illud potiùs quàm hoc Heerbrandus
 debuit

Heerbrandi
 fraus.

debut facere, ne fidem suam suspectam hac in parte red-
 deret.

Est etiam illa manifesta fraus, quòd significat, dixisse
 me, pro reliquiis Sanctorum habenda esse omnia ea, quæ
 reliquias alias attigerint; quasi illarum attractu sanctitas
 affricari possit. Nunquã hoc in mẽtem mihi venit. Cũ
 enim explicauì, reliquias honorare nos, quoniam San-
 ctorum aut corpora sunt, aut extiterunt partes, aut eo-
 rum certè corpora attigerunt, de attractu viuorum cor-
 porum locutus sum, non mortuorum.

Quare, quæ Heerbrandus malignè præterea com-
 mentatur de plaustris adulterinarum reliquiarum, quæ
 ex attractu verarũ sanctificatæ sint, fabulæ sunt, ab Heer-
 brando & similibus confictæ. Neque tamen nego ali-
 quos in hoc genere abusus ac fraudes etiam potuisse irre-
 pere. Sed Ecclesia pium ipsum venerandi reliquias insti-
 tutum per se probat, abusus non probat; quinimo diligẽ-
 ter cauet. Et iam suprã dictum est, nihil esse tam sanctũ,
 quo nequam homines aliqui non possint abuti. Quam
 rem si considerasset Heerbrandus, non adèò scurriliter
 & leuiter disputationem suam conclusisset historia illa,
 ab aliquo scurra lepidè conficta, de impostore, qui fœnũ
 ex stabulo acceptum, illud ipsum esse mentitus fuerit, in
 quo CHR I S T V S recens natus iacuerit: Item, qui dixerit
 habere se pennam ex ala sancti Michaëlis. Potuisset
 etiam pari vanitate nobis obiicere, quod quidã fingitur
 dixisse, habere se particulam ex dente omnium fidelium
 animarum: Item aliquid ex oleo quinque virginum pru-
 dentum, & similes nugas.

Faceret profectò Heerbrandus multò prudentiùs, si
 isthæc ludicra ac ridicula tãdem relinqueret, cogitaretq;

Conc. 163.

Conc. 123.

Conc. 162. &
 173.

Vide in Conc.
 Trid. sessione
 25.

APOLOGETICVS

in conspectu DEI & Domini nostri IESV CHRISTI, ferio de morte vicina, de diuino iudicio, de pœnis acerbissimis, quas per omnem æternitatem daturus est, si veritatem toties auditam contempserit.

Cæterum vt ille, deposito errore, quo iam occaluisse videtur, ad cor redeat, diuina virtute opus est. Nos certe, quod instituti nostri erat, iuuante DEO effecisse videmur, hoc est, argumentationem illam, initio positam confirmauimus, qua Ecclesia Catholica (vt ad huius disputationis thema redeam) verissimè & planissimè ab Idololatriæ nota vèdicatur, hoc modo; Idololatria^a est, diuinum honorem creaturæ, tanquã DEO, adhibere: Ecclesia Catholica, cum sanctissimam Eucharistiam, Sanctos, sacras imagines & reliquias veneratur, aut exercitationes alias spontanei cultus^b suscipit, minimè diuinum honorem creaturæ, vt DEO, habet: Non igitur admittit Idololatriam, sed illi potiùs quasi scelus Idololatriæ & quasi peccatum ariolandi committunt, qui pertinaciter nolunt Ecclesiæ obedire, & eius monitis acquiescere. Dominus secundum magnam misericordiam suam benigne illos aliquando respiciat & illuminet eorum tenebrosa corda, AMEN.

Summa disputationis totius.

a Vt supra ca. 1. & 2. & 3. & 4.

b Vt probatum est cap. 5. 6. 7. & hoc 8. & de cultu c. 2.
c 1. Reg. 15.

LAVS DEO ET DEIPARAE.



PHI.

PHILIPPVS MENZELIUS MED. DOCTOR ET IN ACADEMIA INGOLSTADIANA PROFESSOR

CANDIDO LECTORI S.

DVCIS inops, animalis homo, spirantia cælum
Non capit: Et solus (si vox est vera Davidis)
Corda hominum, renesq; DEVS scrutator adimum
Vestigat. Qua fronte igitur dilecta Sathana
Filia, centenos præpandens bellua rictus,
Bellua versicolor, ventri nata, atq; pudendis,
HÆRESIS allatrat Priscæ Pietatis alumnos;
Obiectatq; ferox: Patrum dum more sacrorum
Cœlicolas DIVOS in vota, precesq; vocatos
Subsidio, colimus; nos defraudare Tonantem
Et cultu, & proprio; quem non feret alter; honore?
Tantane vis olli; bruta tam viuida mentis
Est acies, vt, quos tacito sub pectore sensus
Inclusos gerimus, sic altè conscia nostri,
Pernideat, noscens meliùs, quàm nouimus ipsi?
Testamur superos omnes, Superùmq; Parentem
Iurati: Qui solus honos est Numinis, illum
Nos uni deferre DEO; non vertere Diuos
In reliquos; non Virgineæ transcribere MATRI.
Hæresis at contra iuratis credere nescit
Credula: Causatur; non respondere latentem
His animum dictis: adyto nam mentis in alto
Numina nos aliena sequi: læsq; nefandum
Hinc maiestatis diuinæ incurrere crimen.
Hæresis ergò DEI partes (namq; unicus ille)
Has latebras animorum, indeprensosq; recessus

P 3

Sensaq;

*Sensaq; nostra videt penitus) sibi sumit, & ultro,
Tartareo fastu, diuinum vsurpat honorem.*

*Discite, Lectores, exemplo discite ab uno
Hæreticas artes; quanto candore, fideq;
Cætera sacrarum dubitata oracula rerum
Enodent; si luce palam clarissima densis
Immergunt tenebris; & amara verbera lingua,
Vim contrà Veri validam, re prorsus aperta,
Distingunt: Tum quantas suæ fiducia cause
Nuncillis superet, quibus ad conuitia ventum est
Vltima, nugaces odiosa Calumnia chartas
Ut repleat; fatuiq; sales, & scomma coactum
Sit lorica triplex, clypeusq; Aiæcis, & hasta.*

ERRATA.

Folio 3. b. in margine, Lege, Iudæ. d. numero. 19.- 3. b. in margine 2. Pet. 2.- 12. a. 3. pro, Dixerat ante; dici debuit, Adiungit enim & versu seq. pro, Nunc, Itaque.- 15. a. versu. 17. Pseudopropheta.- 18. b. 3. lege, quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram.- 22. b. citationes Scripturæ; refer ad duos versus antecedentes. 16. b. 20. Didicerunt.- 26. a. versu vltimo Incorrptibilis. 32 b. 14. Motus.- 38. b. 10. Sanguine suo.- 36. a. 6. prænunciet.- 42. b. 12.- Sancta non sanctificat.- Ibidem in margi, Aggei, 2. 43. a. 6. Hyperbole- 44. a. 10. Haberi- 50. a. 15. etiam, & Sanctus.

Refutatio hæc aduersus Heerbrandi cuiusdam nœnias & sycophantias, singulari eruditione & accuratè conscripta est, nihilque continet Orthodoxæ & Catholicæ doctrinæ contrariū. Ideoq; tutò & summa cum lectorum vtilitate typis excudi illam posse censeo

CASPAR FRANCVS
S. Theologiæ Doctor & Professor,
Protonotarius Apostolicus, & Collegij Theologici
in inçlyta Academia Ingolstadiensis pro tempore Decanus.